

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

ADRIENSIUM EPISCOPORUM

SERIES


HISTORICO-CHRONOLOGICA

MONUMENTIS ILLUSTRATA

AUCTORE

ARNALDO SPERONIO DE ALVAROTTIS

EPISCOPO ADRIENSI.




PATAVII MDCCLXXXVIII.

EX TYPOGRAPHIA JO: ANTONII CONZATTI

SUPERIORUM PERMISSU

Sicut misit me Pater, & Ego mitto vos.

S. Joann. Evang. Cap. 20. ver. 21.



PIVS VI. BRASCHIVS
PONT. MAX.
Creatus die 15 Febr. 1775.

Joseph Seraſsi Pinc. Romæ. *Giulian Zuliani sc.*

A. ☧. Ω.

BEATISSIMO. AC. SANCTISSIMO

PIO. VI. PONTIFICI. MAXIMO

EX. BRASCHIA. PATRITIA. GENTE. ORTO. APVD. CÆSENATES
IN. VNIVERSÆ. VITÆ. CVRRICVLO
FERVENTI. RELIGIONE. IN. DEVM
SVAVISSIMIS. MORIBVS
SVMMA. BONARVM. ARTIVM. SCIENTIARVMQVE. COGNITIONE
IN. PRIMIS. JVRISPRVDENTIÆ. PRÆSTANTISSIMO
IN. SVMMO. PONTIFICATV. SVSTINENDO
SAPIENTIA. CONSILIO. PRVDENTIA. CETERISQVE. VIRTVTIBVS
CATHOLICO. ORBI
VERE. PIO. OPTIMO. MAXIMO
IN. PERNOSCENDIS. HOMINVM. ANIMIS. PERSPICACISSIMO
IN. DELIBERANDO. CAVTISSIMO
IN. EXEQVENDO. CELERRIMO
IN. TVENDIS. ÆQVITATIS. JVRIBVS. INCONCVSSO
HISTORICAM. CHRONOTAXIM. ADRIENSIVM. EPISCOPORVM
MONVMENTIS. ILLVSTRATAM

ARNALDVS. EPISCOPVS. ADRIENSIS

IN. OBSERVANTIÆ. ATQVE. OBSEQVI. NOVVM. MONVMENTVM

D. D. D.

ANNO. SALUTIS. MDCCLXXXVIII.

BENEVOLO LECTORI.



N tibi, humanissime Lector, opus quod multis ab hinc annis conceperamus animo, tandem aliquando, licet gravibus Episcopatus curis præpediti, absolutum donamus, atque commendamus, Adriensium nempe Episcoporum Seriem Historico-Chronologicam, quæcumque ea sit. Ad hasce vero notitias evulgandas nos præsertim impulit monitum, quod Sanctus Carolus Borromæus Mediolanensis Archiepiscopus reliquit in suo tertio Provinciali Concilio anno 1573. „ *Episcopus, inquit, id quod vel ab ini-* „ *tio nascentis Ecclesiæ institutum fuit, ut rerum Episcopali studio, cu-* „ *raque gestarum monumenta existerent, conquiri diligentissime singulorum* „ *Episcoporum, qui præcesserunt, nomina, genus, & pastorales* „ *eorumdem actiones, & ea omnia literis consignari, ordineque* „ *conscripta in librum certum referri curet, ut eorum memoria con-* „ *servetur, quæ ab iisdem, vel acta, vel instituta sunt ad aliquam* „ *Ecclesiasticæ disciplinæ normam perpetuo usui esse possint, atque ad-* „ *jumento in illa Ecclesia bene gerenda.* „ *Hanc itaque Seriem publici juris facimus non ad inanem gloriam, sed ad aliquod Ecclesiæ no-*

ſtræ ornamentum, ad Diœceſis illuſtrationem, atque ædificationem, ad ſinceri, humillimique obſequii ſignificationem erga Venerabiles Prædeceſſores noſtros; demum ad Lectorum, præſertim hujus Diœceſeos, inſtructionem atque utilitatem. Et re quidem vera quid jucundius, quid utilius eſſe poteſt quam vetuſtas patefacere origines, quæ nos Jeſu Chriſto pepererunt, parenteſque noſſe aut Apoſtolos, aut viros Apoſtolicos, ac alios legitima communitos Miſſione, qui Eccleſias fundarunt, doctrinis, & exemplis inſtituerunt, atque rexerunt ſucceſſione ſive continua, ſive (ſi forte aut ſæviente perſecutionum procella, aut hæreticorum verſutia fuerit interrupta) divino favente Numine reſtituta? Adrienſium igitur Præſulum tempora deſignavimus; celebritatem, qua nonnulli ex iiſdem apud Scriptores gaviſi ſunt, ſilentio non præterivimus; tranſmiſſa ad ipſos a Romanis Pontificibus diplomata deſcripſimus, vel a Principibus Sæculi; præterea quidquid conferre arbitrati ſumus ad Epiſcopos Adrienſes illuſtrandos, diuturno labore, evolutis libris antiquis, atque recentioribus monumentis, Tabulariis tum publicis, tum privatis, præter ea quæ ex hujuſce Epiſcopatus Archivo deprompſimus, prælo committere opportunum duximus. Nonnulla etiam adiecimus Inſtrumenta quæ licet Adrienſium Prælatorum Catalogo vix nudum Epiſcopi alicujus nomen ſuppeditent, viſum tamen eſt nobis illa eſſe exſcribenda, cum ad illuſtrandas Eccleſias, & Diœceſes Adrienſi vel conterminas, vel parum diſſitas aliqua ratione conferant. Pleraque ex hiſce documentis nondum fuerunt edita, eaque vel propria deſcripſimus manu, vel amicorum, quorum nomina, ne ingrati animi vitio teneamur, quoties in opere ſe præbet occaſio, cum laude commemoramus. Seriem Antiſtitum eo anno, quo illi aut regimen inierunt, aut vitam cum morte commutarunt, ſive certo, ſive

pro-

probabili Chronologiæ calculo distributam reperies. Verum non solum vetustas, sed etiam recentes aliquando, ut nonnulla facta majori in lumine collocentur, proferimus Chartas in prædictis Tabulariis adservatas, licet publici juris non paucæ a Clarissimis Viris factæ, ac præcipue a celeberrimo Ferdinando Abbate Ughellio in prægrandi Italiæ Sacræ Opere Tom. 2. pag. 396. typis Romæ vulgato ann. 1647., & a Comite Carolo Sylvestrio in sua Adrianarum Paludum Historia Venetiis ann. 1736. Demum Chronotaxim Pontificum Adriensium aliquanto uberiorem reddidimus etiam quoad eorumdem numerum, iis quæ hactenus apud prælaudatos Scriptores prodierunt. Attamen ne tibi promittas opus perfectum, & numeris omnibus absolutum. Nam neque Ecclesia Adriensis in Æmilia Chronographos habuit, qui antiquiorum temporum memoriam literis commendarint, nec suis in Tabulariis, licet satis copiosis, remotæ antiquitatis monumenta recondit, quæ omnia superiorum temporum vicissitudines destruxerunt. Nunc te monitum volumus, quod si qua in re nos incaute a veritate aberravimus, quod utinam non sæpissime contigisset, eis gratias agemus, qui nos commonebunt, & ab errore revocabunt. Non semel ab Ughellio, a Sylvestrio, & a reliquis Antistitum Adriensium Scriptoribus, qui circumferuntur, recedimus justa, ni fallor, de causa; nolim tamen in eo cujusquam animum offendere. Prudentum quidem hominum, verique amantium non timemus, ne reprehensionem incurramus; his enim persuaderi facile poterit nil aliud in hoc Opere scribendo nobis propositum fuisse quam studium veritatis, cujus assequendæ caussa existimavimus nefas non esse seu ab Ughellio, seu a quibuscumque Catalogis discedere, ubi eos comperissemus cum veritate ipsa non consentire. Cæteros, qui in aliorum scriptis acriori quam par est, stylo discutiendis

utun-

utuntur, ſolo ductos contentionis ſtudio, inauditos relinquemus. Tandem Virorum doctiſſimorum exempla ſequuti de Eccleſia, atque Diœceſi, antequam de Epiſcopis agamus, nonnulla proloquimur, atque præfamur. Vale.

INDEX CHRONOLOGICUS

EPISCOPORUM ADRIENSIUM.

FLO-

Anto-

EPIS-

EPISCOPORUM ADRIENSIUM

INDEX ALPHABETICUS.

A

B

C

F

G

H

J

L

M

N

O

P

R

S

T

V

NOI

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. Gio: Tommaso Mascheroni Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia nel Libro intitolato *Adriensium Episcoporum Series &c. Auctore Arnaldo Speronio de Alvarotis Episcopo Adriensi &c. MSS.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e Buoni Costumi, concediamo Licenza a *Gio: Antonio Conzatti* Stampator di Padova, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28. Agosto 1787.

(*Andrea Querini Riformator.*
(*Zaccaria Vallaresso Riformator.*
(*Francesco Pesaro Kav. Procur. Riformator.*

Registrato in Libro a Carte 234. al Num. 2183.

Giuseppe Gradenigo Segretario.

Adi 30. Agosto 1787.

Registrato a Carte 145 nel Libro degl' Illustrissimi, & Eccellentissimi Signori Esecutori contro la Bestemmia.

Giannantonio Maria Cossali Nod.

ADRIENSIUM EPISCOPORUM

SERIES

HISTORICO-CHRONOLOGICA

1. DRIA, ſive ATRIA, ſive etiam HADRIA vel HATRIA, nempe cum aſpiratione, vel abſque, quod aliis ex Oriente vocabulis non paucis contigiſſe docti norunt homines, fuit Tuſcorum antiquiſſima Colonia, quæ, plurimorum Scriptorum concordi ſententia, Adriatico nomen dedit, inter æſtuaria Padi Fluminis condita. Antiquitatum rudera, quæ uſque ad peninſulam Adrianam Ducatus Ferrarienſis ſe protendunt, celeberrimam & murorum dilatatione, & ædificiorum nobilitate, inter quæ Theatra, Urbem conſpicuam fuiſſe demonſtrant; aſt de hoc genere ſatis clariſſimi viri *Carolus* Comes *Silveſtri* Nobilis Rhodiginus in ſua Hiſtoria Adriæ Paludum (pag. 24.) nec non *Octavius Bocchi* Nobilis Adrienſis Diſſertatione 5. de Tyrrhenorum origine (Tom. 2. Opuſculor. pag. 83.) diſſeruerunt. Ex hac

illuſtri Civitate, nec non ex Saga, Spina, Vicohabentia, & Comaclo Ferraria crevit, ut multorum Scriptorum opiniones concordant, quas afferre ſuperfluum eſt; quæ omnia Oppida, & Civitates ad æſtuaria ſitæ erant una cum Ravenna, prout Polybio, Trogo, Straboni, Plinio, & Cornelio Tacito placet.

2. Recedentibus æſtuariis, & Padi maxime, Tartari, ac Atheſis impellentibus aquis cæno referta loca, & alluvionibus faciem mutavere: ita ut ſepulta multa jaceant, quæ mortalium oculis ſpectabili jucunditate florebant.

3. Hujus præterea nobilis Urbis fortuna haud diuturnam ætatem tulit, cum temporibus ipſis ſupralaudati Strabonis, atque Catonis propemodum exciſa jaceret, ſive externa vis bellorum adhuc illam florentem oppreſſerit, ſive inſalubris aer deterruerit incolas. Hodie tamen circiter mille domicilia numerantur. Hæc autem domicilia non longe diſtant ab eo loco, ubi prius vetus illa & obruta civitas fuerat. Ab uno capite ſupra canale magnum, ubi ad Caſtellum vulgo dicitur, Cathedralis Eccleſia eſt ſita, ab inferiori parte per longum Vicum in capite ſtat Eccleſia Beatæ Mariæ Dei Genetricis ſub vocabulo ad Tumbam. Eo loci quaſi contigua, antiqua olim Ædes Joannis Baptiſtæ Chriſti Præcurſoris fuerat Sæculis ſuperioribus penitus diruta.

4. Sed quod ad Eccleſiam Adrienſem ſpectat, quamvis aliquantulum obſcura, atque mutila ſint, quæ Ughellus de Adrienſibus Præſulibus refert, nihilque certi de ejus origine in tanta temporis longinquitate & rerum viciſſitudine definiri poſſit, nihilominus in ſententia omnino ſumus Chriſti fidem inibi evulgatam fuiſſe a Divo

Apol-

Apollinari, uno e ſeptuaginta duobus Chriſti Diſcipulis, ejuſque ſociis, per Sanctum Petrum Apoſtolorum Principem ab Urbe ad prædicandum Evangelium tranſmiſſo Ravennam non ſolum, ſed etiam in totam Provinciam Æmiliæ & Flaminiæ circa annum noſtræ Salutis 46. ſecundum Baronium; immo & irrigatam a Fidelibus ipſis Patricia Senatoria, & Conſulari nobilitate pollentibus. Hi ab Urbe ejecti per Decreta Veſpaſiani Cæſaris, deferente Mutiano, & Philoſophorum nota affecti in Inſulas & nemora Circumpadana ſtationem exules poſuere, pro ut de tumulo Datianæ Diaconiſſæ Palmati conſularis filiæ ſcripſit eruditiſſimus *Joſeph Antenor Scalabrinius* Canonicus Ferrarienſis; de quo egregio Chriſtianæ antiquitatis monumento Clariſſimus Vir Marchio *Scipio Maphejus* in Complexionibus Caſſiodori, & Verona illuſtrata faſſus eſt Ferrariæ fuiſſe inventum, & a ſe Veronam translatum.

5. Cathedralis Adrienſis ſub titulo Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum Deo Sacra ſtylum antiquiſſimum Chriſtianorum præſefert Baſilicas Martyrum aut Apoſtolorum nomine inſignitas ædificantium in eorum memoriam, quas Apoſtolicas, ſeu Apoſtolia appellabant. Ejus ſtructura antiquiſſima eſt, ſed indiget reparatione, prætérquamquod pro dignitate, ac Populi frequentia etiam non ſatis ampla. Pluries tamen ſub noſtro Regimine reparata; immo in ampliorem formam a fundamentis anno 1776. erigi cœpit. Archiepiſcopi Ravennatenſis eſt Suffraganea, in qua unica reperitur Archipresbyteratus Dignitas (huic perpetuo unita eſt prælaudata Eccleſia Parochialis Sanctæ Mariæ de Tumba) cum duodecim Canonicis, nec non pluribus Presbyteris, & Clericis, qui ſacra adminiſtrant, Col-

legiumque constituunt. Animarum Cura ibi est penes Capitulum, a quo Canonicorum unus singulis trienniis eligitur Curæ præficiendus, & ab Episcopo approbandus.

6. Prædicta Cathedralis est satis ornata. Habet nobilem Fontem Baptismalem, & Sacrarium, supellectilibus sacris tam ad Divina peragenda quam ad Pontificalia exercenda necessariis sufficienter instructum, pluresque Sanctorum Reliquias decenter asservatas.

7. Præter Cathedralem in Civitate Adriæ alia Parochialis Ecclesia, ut diximus, Sanctæ Mariæ de Tumba nuncupata satis ampla, & copiose ornata; unum Virorum Cœnobium Fratrum S. Francisci strictioris observantiæ, alterum Sacrarum Virginum sub Regula Sancti Augustini Monasterium, & aliquæ Laicorum Confraternitates reperiuntur, nec non Nosocomium.

8. Episcopus autem duas habet Domos Episcopales, unam nimirum prope Cathedralem, & alteram in Rhodigina Urbe nobili in meditullio Diœcesis, ac in Policinio posita, quæ, ut tradunt Historici, olim a *Paulo* Episcopo Adriense condita anno 924. circiter. Hæc quindecim fere passuum millia est ab Adria dissita, ubi Episcopus ob Adriani aeris inclementiam, ex benignitate Apostolica, ut suo loco dicemus, octo ab hinc Sæculis, ut plurimum residere solet, non omittendo tamen non solum statis temporibus a Sacra Tridentina Synodo ad Cathedralem Adriæ se conferre, sed etiam in aliis solemnioribus Festivitatibus Pontificales functiones agere, quas cæteris anni diebus festivis etiam exercet in insigni Rhodigii Collegiata Sancti Stephani Papæ & Martyris, quæ habet Archipresbyterum, Archidiaconum, Decem Canonicos, & octo Mansionarios,

qui

qui quotidie ſacra munia perſolvunt. In ea reperiuntur aliqua ſodalitia, & præſertim Sanctiſſimi Sacramenti.

9. In eadem Civitate altera Parochialis Eccleſia exiſtit ſub invocatione Sanctæ Juſtinæ V. & M., & uni ex Canonicis antiquis Collegiatæ prælaudatæ ab Epiſcopo electo cura animarum defertur. Olim duo erant Canonici eidem Curæ impoſiti, munia per vices obeuntes. Sed Præceſſor noſter Epiſcopus *Carolus Labia* uni tantum eamdem Parochialem aſſignare conſultius duxit. Ibi Virorum quoque Cœnobia tria reperiuntur, nempe Sancti Bartholomæi Congregationis Monachorum Montis Oliveti, Minorum Conventualium S. Franciſci, & Minorum itidem S. Franciſci, quos Cappuccinos appellant cum Eccleſia ſub invocatione Sancti Michaelis Archangeli. Mulierum pariter tria, ſcilicet Monialium ſub Regula Sancti Auguſtini; Monialium ſub Regula Sancti Dominici; tertium vero incolunt Sacræ Virgines ſub Regula Tertii Ordinis Sancti Franciſci, nec non Templum Beatæ Mariæ Virginis, vulgo *del Soccorſo*, de Jurepatronatus Civitatis. In eadem Urbe erectum eſt Xenodochium, in quo exercetur hoſpitalitas tam erga infirmos quam peregrinos. Aliud extra mœnia morbo Epidemico laborantibus eſt deſtinatum. Duo præterea ſunt Loca Pia Orphanorum unum & aliud Puellarum, Mons pietatis, & aliquæ Laicorum Confraternitates.

10. Seminarium Diœceſis ab Epiſcopo Laurentio Laureti in hac Urbe Rhodigii ob commune totius Diœceſis commodum, fuit erectnm anno 1592. circiter, pro Clericorum diſciplina & ſtudio: Sed cum Ædes hujuſmodi, in quibus Alumni modo commorantur & ſint admodum anguſtæ, craſſoque ſub aere poſitæ, ad novas ædificandas

a fun-

a fundamentis patentiori sub cœlo manum jam admovimus, & primum Lapidem apud Sanctum Augustinum anno 1779. die Martis, recurrente Festivitate Sancti Andreæ Apostoli, trigesima Mensis Novembris feliciter posuimus. Quod felix faustumque sit. Præterea Inquisitor contra hæreticam pravitatem ex Familia Conventualium Sancti Francisci munus suum in Diœcesi Venetæ Ditionis exercet. Prope Urbis muros denique extat quoque Commenda Equitum Melitensium in Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ.

11. Adriensis autem Diœcesis potior & maxima pars Tartaro & Athesino fluviis, quorum alter Adriam, Rhodigium alter interfluunt, trifariam secatur: Pado atque Athesi, regiis vere fluminibus clauditur usque ad mare. Regionem hanc, nonnullis vicis exceptis, ad levam Padi ripam in Venetorum Ditione sitam, quod Insulæ pene speciem præsefert, *Peninsulam* Rhodiginam & Pollicinium Rhodigii vocant Geographi, & incolæ ab Urbe Provinciæ principe. Vix ultra Athesim in Ditione Veneta Patavinæ Provinciæ partem aliquam occupat, vicum nempe Barbonæ integrum, & Parochiarum Lusiæ, nec non Concadirame portiones quasdam. Trans Padum vero majorem, qui in Venetos fines tendit in Ditione Ferrariensi totam Insulam usque ad Mare, Adrianum nuncupatam, ultra autem paulo minorem Adriani Padum alia quædam Rerii, & Cornæ Cervinæ tenet loca a tota Diœcesi omnino seclusa, non longe tamen distantia, & a Diœcesi Ferrariensi penitus circumsepta.

12. Diœceses finitimæ sunt ultra Athesim Patavina, cis & trans utramque Padum non uno ab latere Ferrariensis, & Jurisdictio Præposituræ Pomposianæ. Adriaticum mare versus contermini sunt Diœcesi

cesi huic duo pagi, nempe Caput Aggeris, atque Lauretum, qui olim certe non spernendam constituebant Adriensis Episcopatus portionem; modo ea loca Clodiensi Episcopo in spiritualibus parent ab aliquibus Sæculis. Ravennatis vero Diœcesis duas Parœcias, scilicet Crispinum ad Padi majoris ripam, & S. Apollinarem prope Rhodigium prorsus ambit hæc nostra, a cujus sinu retroactis temporibus, nescio quo fato, divulsæ fuerunt.

13. Ejus longitudo ab Oriente in Occidentem, nimirum a Portu Gauri, vulgo *Porto di Goro* in finibus Insulæ Adrianæ, ad vicum usque Candæ in finibus Agri Rhodigini protenditur sexaginta fere millia passuum. A Septentrione vero ad Austrum ejus latitudo modo duodecim, modo sexdecim & amplius millia extenditur; nulla habita ratione locorum, quæ supra a tota Diœcesi sejuncta quaquaversum Ager & Diœcesis Ferrariensis claudunt.

14. Regionis Aer temperatus, & salubris, nisi ab Adria ad Mare, ubi licet non omnino insalubris, gravior tamen. Solum ferax, adeo ut quemadmodum Apulia Romanæ, ita Rhodigina Peninsula Serenissimæ Reipublicæ Venetæ horreum nuncupatur.

15. Decimo a Rhodigio milliario est situm frequens & præclarum Oppidum Lendinariæ. Major Ecclesia sub titulo Sanctæ Sophiæ Archipresbyteralis est, & ab Archipresbytero Cura Animarum exercetur, Clerusque numerosus satis est. Cura pariter Animarum existit in Ecclesia Sancti Blasii. Unum Virorum Cœnobium Ordinis Minorum Sancti Francisci; alterum Monialium Ordinis Sancti Benedicti, & aliquæ Laicorum Confraternitates reperiuntur, præter Templum Sanctæ Mariæ vulgo *del Pilastrello* de jurepatronatus Communi-

munitatis Lendinariæ. Quinque millibus passuum vero a Lendinaria in districtu tamen Rhodigii est sita Ecclesia Archipresbyteralis, olim Collegiata Sancti Martini, nunc Sancti Bellini Martyris, & Episcopi Patavini, ubi Corpus ejusdem Sancti, qui in loco vicino pro Ecclesia Dei manibus impiorum occubuit, asservatur, maximaque populorum confluentium devotione colitur. Patronus est totius Diœcesis, & Rhodigii Pollicinii.

16. Extenditur etiam Adriensis Diœcesis, ut dicebamus, in Ditionem Ferrariensem & pro negotiis occurrentibus in hac parte Diœcesis Episcopus ex indulto Apostolico de anno 1474. die 20. Julii Tribunal erectum in ipsa Ferrariæ Civitate habet, ut suo loco dicemus, cum Generali Vicario, Fiscali, Cancellario, aliisque Officialibus, qui quidem Vicarius tam in spiritualibus, quam in temporalibus demandatam sibi ab Episcopo Adriense Jurisdictionem exercet. In hac Ditione Ferrariensi undecim Ecclesiæ Parochiales existunt ex quinquaginta, quas universa Diœcesis hæc complectitur. Extant ulterius plura publica Oratoria, ut vocant, in Parochiarum subsidium.

17. In Castro Adriani vulgo *Ariano* Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Nives cura ab Archipresbytero administratur cum congruo Sacerdotum, & Clericorum numero. Sodalitates Laicorum sunt plures, ibidemque degit Conventus Fratrum Reformatorum Sancti Francisci. Oratorium Sancti Basilii antiquissimum, quod tradunt fuisse olim Parochialem, est situm ad tertium lapidem in tumulis Arenæ pridem a mare congestis, quod hodie pluribus ab eo milliaribus recessit. Alia ibi Oratoria sunt in subsidium Curæ prædictæ;

inter

inter cætera duo in Portu Gauri, nec non Serravalle.

18. Diœcesis Adriensis duas habet insignes Abbatias perpetuo Commendatas. Prima est Sanctæ Mariæ de Gavello olim Ordinis Sancti Benedicti non longe ab Adria, quam & Civitatem & Episcopatum Historici appellant post Valentiniani Cæsaris assertum Privilegium Metropolitæ Ravennati Joanni, Ravennæ datum 4. Idus Januarii circa ann. 432., quod tamen cum Baronio, Ughellio, & Bacchinio Bollandistæ impugnant. Satis compertum est Joannem Archiepiscopum in Concilio Romano sub Nicolao Magno Summo Pontifice coactum fuisse jurare se scissurum Chartas in Scriniis existentes Ecclesiæ suæ, quibus jura Sancti Petri ad Sanctum *Apollinarem* transtulerat. *Carolus* Magnus Custodibus Sanctæ Ecclesiæ Ravennatensis circa annum 788. privilegia concessit in Diœcesibus Æmiliæ & Flaminiæ, inter quæ Episcopatus, nempe *Vicohabentinum*, *Gavellensem*, *Hadriensem*, *Comaclensem*, & *Ficoclensem*. Vicohabentina tunc enim una cum Ferrariensi exempta unita erat Ecclesia, & D. Gregorius Privilegio Mariniano Archiepiscopo Ravennæ dato nono Kalend. Aprilis Romæ per manus Joannis Levitæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii confirmationem *Episcopatuum* concedit *totius Æmiliæ Provinciæ civitatum omnium Deo amabilium Episcoporum creationes & consecrationes*: inter quos enumerantur *Brixilli*, *Vicohabentiæ*, *Hadriensis*, *Comaclensis*, *Ficoclensis*. Ammonius autem Monachus ex Rubeo, Exarchatum Ravennæ, in quo *Ferrariam*, *Comaclum*, & *Adriam*, & *Gabellum*, *cum omnibus territoriis*, *atque insulis in ter-*

terra marique ad supradictas Civitates pertinentibus, a *Pipino* Rege Ecclesiæ Romanæ elargitum tradit.

19. Ex Urbe Gabelli, Gavellum celebre Monasterium Benedictinum Casinense Adriæ conterminum stetit, ubi jamdiu Monasticam exegit vitam Sanctus Beda junior, qui in Kalendariis Monasticis notatur decimo Aprilis, quo anno incertum est; certum vero est ossa fuisse translata ad Monasterium Sancti Benigni Januæ a *Joanne Bevilaqua* anno 1233., de quo Mabillonius in suo Opere, quod nominavit *Iter Italicum* pag. 142., atque in Annalibus Benedictinis Tom. 2. fol. 100. num. 30., ubi hæc habet verba: *Alius Beda junior Monachus Gavellensis Monasterii prope Rhodigium cultus X. Aprilis in Urbe Genua, quo ejus Reliquiæ translatæ sunt*. Videndi Hieronymus Gacta, Daniel Papebrochius, qui ex MSS. Sancti Benigni ipsum floruisse scribunt tempore Caroli Magni: Thomas Dempsterus fol. 69., Arnoldus Wion in suo Opere *de Ligno Vitæ* lib. 3. Ibidem floruisse Regularem observantiam Sancti Benedicti Ordinis Nigrorum ante Unionem, sive Congregationem Casinensem Sanctæ Justinæ de Padua a *Lodovico Barbo* restitutam, apparet ex sequenti Documento a Chartulario nobilissimi Asceterii Sancti Silvestri Ferrariæ nobis a Clar. Viro P. D. *Placido Federici* Monacho Casinate communicato.

„ L. ✠ B. In Christi nomine amen. Anno ejusdem nativita-
„ tis millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, Indictione unde-
„ cima, die quinto Mensis Maii in Monasterio S. Silvestri prope
„ Ferrariam in parlatorio dicti Monasterii præsentibus testibus vo-
„ catis, & rogatis Ziraldo filio quondam ser Petri Naxelli de

Con-

„ Consandolo, Domino Domno Johanne Capellano dicti Monaste-
„ rii, & Domino Domno Bartholoto Capellano Ecclesiæ Sancti
„ Thomaxi de Ferraria, & Jacobo filio quondam Guizardi de Ri-
„ minaldis & aliis. Cum hoc sit quod Religiosus vir Domi-
„ nus Frater Johannes Abbas Monasterii Sanctæ Mariæ de Gavello
„ accesserit ad Monasterium Monialium Sancti Silvestri prope Fer-
„ rariam, & dixerit se visitatorem esse deputatum a Capitulo
„ Monachorum Nigrorum, & a Præsidentibus ipsi Capitulo quod
„ eis fieri licebat ex consuetudine Papali, pro ut asseruit, & pro-
„ pter hoc vellet se dictum Monasterium & Sorores sive Monia-
„ les ipsius Monasterii visitare, Abbatissa existente cum certis ex
„ dictis Monialibus, sive sororibus dicti Monasterii ad gradam fe-
„ ream, quæ appellatur parlatorio a latere intrinseco dicti Mona-
„ sterii, & gradæ, ipso vero Domino Fratre Johanne existente a
„ parte exteriori dictæ gradæ, & hostendente quandam litteram si-
„ gillatam ex cujus vigore se visitandi potestatem habere assere-
„ bat. Idcircho prefata Religiosa Domina Mante Abbatissa Mo-
„ nasterii prelibati, & Moyses quondam Domini Benintendi de
„ Benintendis, qui dicebatur Tendinus, Sindicus, & Sindicario no-
„ mine dicti Monasterii, & nomine, & vice ipsius Monasterii di-
„ xerunt, & protestati fuerunt dicto Domino Fratri Johanni Ab-
„ bati prædicto presenti, quod non credebant ipsum debere, &
„ posse prefatum Monasterium & ipsius Monasterii Sorores sive
„ Moniales dicti Monasterii visitare, & visitandi potestatem habe-
„ re. Sed tamen quia idem Dominus Frater Johannes Abbas præ-
„ dictus asserebat se visitare debere & posse dictum Monasterium,

„ & Sorores, ſive Moniales dicti Monaſterii, auctoritate Apoſtoli-
„ ca, ob reverentiam præfatæ Apoſtolicæ Sedis, ſi & in quantum
„ de jure tenentur, & debent, & aliter non aſſentiebant quod
„ idem Frater Johannes Abbas prædictus viſitaret præfatum Mona-
„ ſterium & Sorores ſive Moniales ipſius Monaſterii, & viſitationis
„ offitium exerceret. Proteſtantes quod per præfatam Viſitatio-
„ nem & aſſenſum non intendebant, quod ipſi Fratri Johanni Ab-
„ bati prædicto ejus Monaſterio aliquod jus quæratur quæri poſſe in
„ dicto Monaſterio S. Silveſtri, contra ipſum, & præfatas Sorores
„ ſive Moniales ipſius Monaſterii neque derogetur alicui juri ip-
„ ſius Monaſterii S. Silveſtri, neque alicui juri Domini Epiſcopi
„ Ferrarien., ad quem de jure viſitatio dicti Monaſterii pertinet, &
„ ex antiqua conſuetudine, ſed omne jus dicti Monaſterii Sancti
„ Silveſtri, & dicti Domini Epiſcopi Ferrarien. proteſtati fuerunt
„ ſemper ſalvum fore, & permanere, non obſtante dicto aſſenſu,
„ & præfata viſitatione.

„ Ego Jacobus filius quondam Petri de Bazano draperii imperia-
„ li auctoritate notarius Ferrarienſis, & publicus his omnibus
„ præſens fui, & rogatus ſcribere ſcripſi &c. Foris &c. Proteſta-
„ tio Monaſterii Sancti Silveſtri facta Abbati de Gavello occaſione
„ Viſitationis. N.° 226.

10. Ultimus regularis Abbas *Hieronymus* Gavellenſis obiit Ferrariæ 1425., & ſepultus fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ tunc prope muros Ferrariæ, pro cujus anima a Collegio ſive Conventu Parochorum Anniverſarium ſiebat die 5. Januarii, ut ex eorum Necrologio.

21. Scien-

21. Sciendum tandem hujus Abbatiæ de Gavello collationem olim ſpectaviſſe ad Epiſcopum Adrienſem, prout vidimus per quodam Documentum de anno MCCCCXXV. Indictione III. die XX. Martii tempore *Jacobi* de *Obiciis*, tunc Epiſcopi Adrienſis in perſonam *Jacobi Deprevatis* Abbatis dictæ Abbatiæ Sanctæ Mariæ, quæ nunc eſt penitus ſæcularizata.

22. Altera autem eſt Abbatia, ſive Cœnobium Ordinis olim pariter Nigrorum Sancti Benedicti, deinde PP. Camaldulenſium in hac noſtra Diœceſi Adrien. Deiparæ dicatum, ubi jam ab anno 954. aderat Schola quorumdam Sacerdotum ad ripam Atheſis, ubi dicebatur flumen Vedre, ſeu flumen vetus, cui *Almericus* Marchio & *Franca* Jugales lege viventes Salica multa bona, ut aſſerunt Hiſtorici, largiti ſunt, pro ut conſtat etiam ex Documento per Clar. Virum Comitem Carolum Silveſtri in Geographica deſcriptione Paludum Adrianarum vulgato. Huic Cœnobio etiam *Berengarius*, & *Adelbertus* Reges, ad petitionem *Hugonis* Thuſciæ Marchionis anno 961. ſub Abbate *Martino*, qui hic dicitur Vangadicenſis, quamdam terram in Inſula Carpi ad Curiam Leniaci pertinente donarunt. Hic *Hugo* Dux & Marchio ab olim *Uberto* Marchione genitus anno 993. Templum & Ædes ampliavit, & ad ſuſtentandos Monachos fundis dotavit, prout Innocentius Papa II. litteris ſuis Lithaldo Abbati datis ex Laterano per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii anno 1139. declaravit, quem recolendæ memoriæ *Hugonem* Marchionem appellat. In hoc Cœnobio vulgo *la Badia* dicto uſque ab anno 1097. jacent corpora Sanctorum Primi, & Feliciani, ac Theobaldi. De Sancto Theobaldo Heremita

Vi-

Vicentiæ vita functo, & a *Petro* Abbate furtim ad Monasterium Vangadicense translato scribit Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 64. num. 84., & Barbaranus in Historia Vicentinæ Ecclesiæ. Fuere iterum reperta eorumdem Sanctorum corpora ab Abbate *Orlando* anno 1226., & iterum recondita, ut sequens in Ecclesia notat Lapidi inscripta Epigraphes:

✠ ANNO DNI MCCXXVI.
HC I TEPLO N E OPVS PVLCRIVS ISTO
QN FVIT FACTV CORPORA SCORV PRIMI
ET FELICIANI ET SCI TEOBALDI INVENTA
FVERVT TVQCVNQ LEGIS SCIAS ABBAS
ORLANDS HC OPS FIERI FECIT.

Hoc est.

„ ✠ *Anno Domini MCCXXVI. Hoc in templo non est opus pulchrius isto quando fuit factum corpora sanctorum Primi, & Feliciani, & Sancti Theobaldi inventa fuerunt. Tu quicumque legis scias quod Abbas Orlandus hoc opus fieri fecit.*

Cui addita est altera recens.

„ *Ne tam venerandam antiquitatis memoriam temporis longinquitas extingueret, Clerus hic ab interitu vindicatam digniori loco erigit perpetuæ memoriæ causa anno salutis MDCV. idibus Maii.*

„ *Franciscus Lauretano ejus nominis III. & Commendatarius perpetuus.*

Camaldulenses Monachi Monasterium incolunt, & in Ecclesia laudes Deo omnino, atque laudabliter persolvunt. Huic insigni Abbatiæ decem subiiciuntur Ecclesiæ cum Animarum Cura, in

quas

quas olim Episcopus Adriensis jura Ordinarii in omnibus exercebat: sed paulatim Abbas omnimodam fere jurisdictionem sibi arripuit cum absoluta denominatione *Nullius*, reclamantibus tamen semper Episcopis.

Ast de his celeberrimis Cœnobiis, sive Abbatiis satis.

23. Quis itaque primus Ecclesiæ Adriensis fuerit Episcopus omnino incertum est. Adriæ Episcopatum gessisse *Epaphroditum* Terracinæ Episcopum, & Apostolorum Collegam, narrat Dorotheus in Synopsi ex notis Romani Martyrologii sub die 22. Maii; sed an nostræ Æmiliæ, vel alterius in Apulia Peucetia dubium est: fortasse, Tarracina seu Turricina, quæ olim Ansur dicebatur, potuit verius una cum Andri, seu Adria illa viciniori, quam nostra, Apostolorum auditorem in Episcopum habere. In hac re dubia in sua quisque potest stare sententia. Primus igitur in Adriensi Sede ex iis, quorum memoria ad posteros perennavit, recensendus profecto est.

I.

S. COLIANUS, prout afferunt plurimi Scriprores, & habetur apud Bollandianos in Actis Sanctorum Tom. 2. pag. 69. Editionis Venetæ. Inquiunt enim de Sancto Coliano: *In antiquo Martyrologio MSS., cui Bedæ nomen præfigitur, quod etiamnum quotidie legitur in illustri Ecclesia Aquisgranensi, ista habentur VII Idus Februarii*: Et S. Coliani Episcopi Hadriæ Æmiliæ. Acta vero desiderantur istius Episcopi, qui pro Sancto celebratur.


II.

I I.

B. GALLINOSTIUS, ſive GALLIONISTUS Adriæ Epiſcopus, de quo meminit Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennæ lib. 4. pag. 205. Proximior fuit Venerabili Bedæ Presbytero & Monacho illius Martyrologii Scriptori, qui floruit anno 701. juxta Bucelinum. Concilio Lateranenſi interfuit ſub *Martino* Papa, cumque aliis amplius centum Epiſcopis Typum *Conſtantis* Imperatoris proſcripſit, Monothelitarum hæreſim, ejuſque propugnatores, *Cyrum* Alexandrinum, *Sergium*, *Paulum*, & *Pyrrum* Conſtantinopolitanos Patriarchas condemnavit anno 649. Inter nomina eorum, qui in Concilio ſubſcripſere, hoc varie expreſſum in Exemplaribus eſt: dicitur enim *Gallioniſtus*, *Colloniſtus*, & Gallinoſtius Hadrianenſis, & Adrianenſis Epiſcopus. Vid. Labb. Tom. x. Conciliorum pag. 867. Edit. ultimæ Venetæ.

I I I.

BONUS in Adrienſi Epiſcopatu floruit Sæculo VII. circiter, quem ſequens antiquiſſima Inſcriptio ad Sacrum Fontem Baptiſmalem in Parochiali Eccleſia Sanctæ Mariæ de Tumba Adriæ declarat. Vas iſtud Marmoreum octagonum in ſuperiori facie his litteris inſculptum eſt, inter quas *Delta* Græcum pro D. Latino Sæculum ſextum, vel ſeptimum indicat, quo Græcorum alphabeti Literæ Latinis permixtæ erant. In Italia Romanorum Cæſarum Conſtantinopoli ſedentium Provinciæ aliquæ per Exarchos regebantur. En Inſcriptio ex ſupradicto Vaſe fideliter desumpta.



Hæc eſt Interpretatio.

,, ✠ *In Nomine. Domini. Dei. Noſtri. Jeshu. Chriſti. Temporibus.*
,, *Domno. Bono. Epiſcopo.* ✠ *& Romaldos. & Lupicini. Presbiteri.*
,, *Soacto. Johani. Maciſter. Julianus Julianus Martinus per indictione*
,, *XV. Renovata. Fontes.*

Secundum aliquos ex hac Inſcriptione creditum eſt *Bonum* ſediſſe anno 750. circiter. Nos autem opinamur ante *Gallinoſtium* Adrienſem rexiſſe Eccleſiam, videlicet circa ann. 600.

I V.

Immo & JOANNEM hujus nominis primum, cujus habetur memoria quæ teſtatur erectionem altaris ab eo factam in honorem Sancti Joannis Baptiſtæ indictione prima in jam prælaudata Eccleſia Sanctæ Mariæ de Tumba, quæ unica Parochialis eſt præter Cathedralem in Civitate Adriæ, & ubi reſidet animarum Curam exercens Archipresbyter ipſius Cathedralis prima poſt Pontificalem Dignitas, ut ſupra animadvertimus. En Inſcriptio ad Altare Barbarico more inciſa, ſicut etiam refert Clarus Vir Joannes *Petrus Ferreti* in Opuſcolo MS. de Juribus Eccleſiæ Adrienſis anno 1540. quod aſſervatur in hoc Epiſcopali Archivo. Hoc tamen tempore ſuper januam lateralem prædictæ Eccleſiæ hæc extat Inſcriptio:

XX ONORE BEAAI IOI BAEA IOH
EPC FIERI CUR XX VIT P INDI.

Hoc eſt.

„ *Ad honorem Beati Johannis Baptiſtæ Johannes Epiſcopus fieri cu-*
„ *ravit per Indictionem primam.*

V.

V.

LEO, seu LEOPERTUS qui sub Nicolao I. Papa Adriensem Sedem assecutus est anno 860. anno sequenti videlicet 861. sub nomine *Leoperti Asoriensis* loco *Adriensis* mutata corrupte littera *D.* in *Fo.* Concilio Lateranensi, quod celebratum fuit tempore supradicti *Nicolai* Papæ, & *Ludovici* II. Imperatoris, subscripsit contra pravas Consuetudines *Joannis* Archiepiscopi Ravennatis, qui cum tyrannice administraret Ravennatem Ecclesiam, Comprovincialibus cæteris Episcopis factus intolerabilis, eisdem deferentibus, Pontificium Tribunal sub prædicto Summo Pontifice sensit infestum. Cujus Judicium cum semel & iterum contempsisset subire, ex ejusdem censura spoliatus est dignitate. Fugit ille Ticinum ad laudatum Ludovicum Imperatorem, & ab ipso ad Pontificem litteras commendatitias obtinuit, ut reo liceret coram Concilio suam causam tueri. Itaque in Laterano mense Novembri eodem anno 861. datus reo Senatus est, & facta potestas omnibus accusandi, ac accusato se defendendi. Cæterum cum multitudine testium, ac flagitiorum perspicuitate propemodum obrueretur, & telo Religionis ictum omnes adversarentur, antequam causa caderet, precibus, ac demissione impetrare conatus est, quod haudquaquam justitia potuisset. Itaque cum Romani Pontificis judicium fuisset veneratus, & ejurasset proterviam, veniam, ac Sedem a Pontifice impetravit, iis tamen adiectis conditionibus, quæ elato ejusdem animo rebellandi occasionem viderentur detrahere. Has recitat Burchardus in libris Decretorum, nec non Anastasius Bibliothecarius in Vita

Nicolai Papæ. Actorum vero ejusdem Concilii Summarium ad singulos Ravennatis Metropolis Suffraganeos Episcopos ex Concilii præscripto transmissum primus edidit ex Cathedralis Mutinensis Tabulario Clarissimus Abbas D. *Benedictus Bacchinius* Benedictinus-Casinensis in Appendice ad *Agnellum* Ravennatem a se editum. Deinde a doctissimo *Joanne Dominico Mansi* Archiepiscopo Lucensi in Additionibus ad Labbeum Tom. XV. pag. 598. relatum fuit, & nos operæ pretium illud hic referre credimus.

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Pontificatus
„ Domini Nicolai Summi Pontificis, & universalis Papæ anno III.
„ Imperii piissimi Augusti Ludovici anno XI. de octavo decimo
„ mense Novembris Indictione X. Capitula, quæ in Sancto Con-
„ cilio a Beatissimo Domino Nicolao Papa Romæ collecto statuta
„ atque canonice firmata sunt contra Johannem Ravennatem
„ Archiepiscopum.

I.

„ Episcopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem
„ Cleri & populi.

II.

„ Eosdem quoties ad Apostolicam Sedem venire voluerint, ne-
„ quaquam prohibeas. Sed & nullam dationem contra canonicam
„ auctoritatem ab eis exigas.

III.

III.

„ Prædia, quæ præceptis diruptis a jure S. Petri ad jus S. A-
„ pollinaris tranſtuliſti, & per emphyteoſim vel libellum ex ſin-
„ gulis hominibus contuliſti, diligenter exquire, & inventis ipſis
„ emphyteoſim vel libellum dirumpe, & ad jura S. Petri cujus
„ fuerunt, reſtitue, & talem ultra facere nunquam præſumas.

„ Sollicitudinem omnium Eccleſiarum Dei circumferentes con-
„ venit nos univerſorum neceſſitatibus conſulere, & omnibus vul-
„ neribus ſalubria conferre remedia; Dominicarum quippe ovium
„ Paſtores ſumus. Sed tanto nobis præ ceteris ſpecialiter præſens
„ cura major incumbit, quanto vicem illius gerimus, cui divino
„ oraculo ipſæ oves ſpecialiter commendantur, cui & præcipiens
„ ait: *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Et ideo San-
„ ctitas veſtra (vobis Epiſcopis in Æmilia commorantibus) a
„ Johanne Archiepiſcopo Ravennate multis impulſionibus queritur
„ agitari. Debemus manum Apoſtolatus noſtri vobis quantocius
„ porrigere; & quia vos ex illis fratribus eſtis, quos S. Petrus eſt
„ confirmare, neceſſe eſt, ut a tantis ejus impulſionibus veſtram
„ fraternitatem eruentes, in petra, quam ipſe confeſſus eſt, ne
„ ulterius .... valeatis, ſtatuamus. Conſtat autem ſanctitatem
„ veſtram, una cum fratribus & coepiſcopis Æmiliæ regionis Pon-
„ tificio noſtro lamentabiles querelas flebili voce coram ſynodo,
„ quam Romæ celebravimus, expoſuiſſe, cui cum numeroſo Cam-
„ paniæ videlicet, Tuſciæ, & Pentapoleos, & aliarum regionum
„ Sanctiſſimorum Epiſcoporum cætu, & ipſe Johannes Archiepi-

ſcopus

„ scopus interfuisse dignoscitur. Oppressio vero injuriarum,
„ quibus a præfato Archiepiscopo vos querebamini affectos, prima
„ fuit, quam perhibuistis, eumdem Johannem Archiepiscopum Ra-
„ vennatem per binos annos semel Episcopia vestra circuire, &
„ tandiu per singula residere, quousque ipsa paupertas, quæ ad uti-
„ litatem Episcopii & sustentationem Clericorum, & pauperum,
„ & gubernationem familiarum, ac susceptionem peregrinorum, at-
„ que restaurationem Basilicarum, vel Episcopii, hinc inde sepa-
„ ratur, cum suis hominibus illam consumat, & non antea inde
„ recedere, quam ab Episcopo loci illius ad Archiepiscopum &
„ familiares ejus, quæ non debentur, dona non modica tribuantur.
„ Insuper omni anno, quod in toto mundo minime invenitur, co-
„ lonicio more, berbices, & oblatas, vinum, & pullos, & ova Archie-
„ piscopo, & ad suum Archipresbyterum similiter, & ad Archidiaco-
„ num, & ad Vicedominum, & ad Arcarium, & ad Majorem
„ cubiculi, & ad Cartularium, & ad Scriniarium, & ad Defen-
„ sores, & ad Cubicularium, & ad Majorem domus tribus pro om-
„ nibus his supradictis omnes annualiter sine intermissione ad unum-
„ quemque supradictum redditum sicut tribuarii facere. Plebes
„ quoque vestras, & titulos, ac curtes, atque Monasteria episco-
„ pii vestri pertinentia ad gubernationem vestram, alienare & si-
„ bi subiicere, & delere. Aliud autem non minori querimonia
„ asseruistis, vos compelli ab eo Episcopia vestra deserere, & mo-
„ re populorum, Ravennæ per singulos menses alterius, vel muta-
„ tis vicibus ministrare, & infantuli Parochiæ vestræ illis diebus
„ sine chrismate obire. Clericos præterea quoscumque novatur ali-

cujus

„ cujus utilitatis exiſtere, pro ſuo libitu aſſeveraſtis ad veſtram „ ſubjectionem, & diſciplinam eum eſſe ſubtrahere ſolitum. Nec „ minus magno clamore firmaſtis, quod idem Archiepiſcopus vos „ non dimittat, quoties ad limina Apoſtolorum amplectenda, vel „ ad Sedem venire vultis. Quas nimirum querulas voces, & inau„ ditas aſſertiones Reverendiſſimi Epiſcopi, qui in eodem reſide„ bant Sancto Concilio, audientes omnes pariter clamaverunt, hæc „ præter canones fieri, & ut in perpetuum prohibuiſſemus Præſulatum „ noſtrum ſupplices poſtulare. Quapropter tam pernicioſa gravami„ na & tam mala conſuetudo in Eccleſia Dei tyrannice cum pul„ lulaſſet, dolentes maxime cum contra omnes Sanctorum Patrum „ regulas, & contra omnem Eccleſiarum Dei morem in ſola Ra„ vennate Metropoli a præſumptoribus ſint temere uſurpata, ne aliis „ Metropolitanis Epiſcopis talia præſumendi occaſio remaneret, & „ Eccleſiæ Dei tali inficerentur exemplo; ſtatuimus una cum o„ mni Sancto Concilio hoc a vobis, & veſtris ſucceſſoribus, immo „ a veſtris Sanctis Eccleſiis penitus reſecandum. Unde coram eo„ dem Reverendo Concilio ipſi Johanni Archiepiſcopo, & omnibus „ ſuis ſucceſſoribus interdiximus, & de unaquaque præſumptione „ pronuntiatis capitulis, promulgatiſque ſententiis, Apoſtolica au„ ctoritate præcipimus, videlicet ut tale quid alterius nequaquam „ nec ipſe, nec ejus ſucceſſores agere præſumant; quæ ſcilicet ca„ pitula apud nos retinentes, exemplaria eorum vobis pro futuris „ temporibus retinenda mandavimus. Sed quoniam fraternitas veſ„ tra Apoſtolatum noſtrum pro futura cautela, & propter omni„ modam ſecuritatem ſuam præceptum auctoritatis noſtræ vobis

„ ſpe-

„ ſpecialiter , veſtriſque ſucceſſoribus Epiſcopis in perpetuum mittendum obnixe popoſcit ; inclinati precibus veſtris per hujus Præcepti ſeriem præcipimus expreſſe, jubemus , atque omni interditione prohibemus , ut nullus amodo , & deinceps Archiepiſcopus Ravennæ ad veſtra Epiſcopia ſine voluntate veſtra accedere tentet, vel aliquam pecuniam a vobis exigere, vel res Eccleſiæ veſtræ, aut Monaſteria veſtra, ſive Plebes, aut Titulos, ſive prædia per quodvis ingenium diripere audeat, neque vocare Ravennam præter tempora a Patribus diffinita , quibus Concilia Epiſcoporum bis in anno celebranda ſanxerunt , vos ullo modo præſumat . Hoc præ ceteris ſupprimendum, ut illud quod trigeſimale dicunt , Ravennæ ullo modo vos facere, aut cogere audeant. Itaque nec dationem aliquam Archiepiſcopis Ravennatibus ſit licentia a vobis , veſtriſque Succeſſoribus Epiſcopis amodo , & deinceps , ideſt in perpetuum exquirendi , nec non & vobis licentiam tribuimus, ut quoties pro Beatorum Apoſtolorum amore, vel pro viſitatione Apoſtolicæ Sedis Præſulum more Deceſſorum veſtrorum Romam occurrere vultis , nullum impedimentum vobis Archiepiſcopus Ravennæ , nec palam , nec occulte facere præſumat , ſed Deo comite vobis occurrere liceat . Sed & hoc decernimus , ac diffinimus , ut cum ſtatutis temporibus Archiepiſcopus Ravennas vos ad Concilia convocaverit , nullo modo vos diutius retinendi licentiam habeat , ita ut ultra XV. dies pro gravi neceſſitate Ravennæ nullo modo remoremini . Secundum ſaluberrimum S. Leonis Papæ decretum nec licentiam habeat Clericos Matricis Eccleſiæ veſtræ , vel Diœceſeos abſque veſtra

vo-

„ voluntate a vestra disciplina, & subjectione subtrahere. Sed neque
„ Ecclesias, neque Plebes, neque Titulos, nec Monasteria Episco-
„ pio vestro pertinentia a vestro regimine, & ditione, ac ordina-
„ tione, eis licitum sit auferre. Siquidem vobis, vestrisque Succes-
„ soribus Episcopis manere decernimus, tam quidem Clericos, quam
„ omnia Ecclesiæ vestræ regendi, fruendi, ac ordinandi licentiam.
„ Archiepiscopo vero Ravennati nullam volumus habere super vos
„ valetudinem, vel facultatem, præter quam Sacri Canones præ-
„ cipiunt. Sane si in aliquo tempore quilibet Ravennas Archiepis-
„ copus prænotata gravamina super vos renovare, vel reducere
„ temptans per longa jam tempora hæc vos solvisse affirmare cona-
„ tus fuerit, & tale jus in vos habuisse Ravennatem Archiepisco-
„ pum ante multa tempora probare nisus extiterit, nulla talis asser-
„ tio vires obtineat, nec possit longitudo temporis suffragari, quod
„ constet præter Justitiæ regulam perniciose diu fuisse præsumptum;
„ præcipue cum Sacri Canones doceant non minus malam consuetu-
„ dinem, quam perniciosam corruptelam esse vitandam. Proinde
„ decernimus, ut nihil exhibeatis Archiepiscopo Ravennati, qui per
„ singula tempora fuerit, nisi quod Canones Sancti præcipiunt,
„ quodque cæteri Episcopi per Liguriam, & Venetiam, atque I-
„ striam suis Metropolitanis exhibere probantur. Archiepiscopum
„ autem Ravennatem nihil a vobis exigere debere censemus, nec
„ in vos aliquod jus exercere diffinimus, nisi ut superius libavimus.
„ Si quis autem Archiepiscopus Ravennas amodo, & deinceps con-
„ tra nostræ Apostolicæ auctoritatis Præceptum, vel contra hujus
„ Decreti tenorem in toto, vel in parte venire temptaverit, &

„ vobis, vestrisque Successoribus Episcopis superius prohibita injuaxerit, vel tulerit, vobisque aliquid de præsignatis oneribus imposuerit, & non in omnibus hujus paginæ textui obedierit, sit sententia Dei omnipotentis, Beatique Petri, & Pauli Apostolorum Principum, & Apostolica auctoritate anathematis innodatus vinculis, & tanquam contumax Sacrorum Canonum, & Apostolicarum violator institutionum ab omni Sacerdotali alienus in perpetuum existat officio. Hæc vero, quæ superius scripta continentur, in perpetuum confirmamus, ac roboramus, salvo dumtaxat honore, & subiectione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ atque docibili reverentia, & congruo Pontificum Apostolicæ Sedis obsequio.

„ Cujus præcepti tenori scripto per manus Leonis Scriniarii Indictione subscripsit decima.

„ Nomina autem Episcoporum, qui huic Sancto Concilio interfuerunt, consenserunt, & subscripserunt, hi sunt, videlicet.

„ Ildebrandus Verulinus.

„ Johannes Velitri.

„ Petrus * Gabo. * Gabiensis

„ Magistrus * Porti. * Megistus Ostiensis

„ Arsenius Ortano.

„ Petronacius Albano.

„ Liutprandus Clusinus.

„ Petrus Aretinus.

„ Geremias Sabroni.

„ Ragio * Nicarasis. * forte Nursias

„ Roperius Nocerinus.

Ari-

„ Arigisus Fulinatus.

„ Johannes Forchoninus.

„ Leodrisius Marsicanus.

„ Colo Reatinus.

„ Arnulphus Bellue.

„ Osipus * Pestorensis. * Pistoriensis.

„ Anselmus Camertinus.

„ Lanstriensis Petrosinus.

„ Dominicus Eugubinus.

„ Justinus Gallicanus.

„ Silianus de Humana.

„ Articarius Sinogallia.

„ Johannes Fanestriensis.

„ Raguel Pensauriensis.

„ Johannes Ficoclensis.

„ Dominicus * Callisinus. * Gallesianus.

„ Johannes Falaritanus.

„ Martinus Narniensis.

„ Leo Amerinus.

„ Aldericus * Tibertinus. * Tudertinus.

„ Dominicus * Centuncesensis. * Centumcellensis.

„ Andreas Nepesinus.

„ Paulus Corninus.

„ Otto Rossel anus.

„ Stephanus Montefeletranus.

„ Leo Silvæ Candidæ.

,, Sergius Balnearicius.
,, Landulphus Capuanus.
,, Petrus Spoletinus.
,, Donatus Fesulanus.
,, Petrus Florentinus.
,, Johannes Tuscanensis.
,, Rastaldus Suanensis.
,, Bonifacius Bilarinus.
,, Martinus Priverinus.
,, Johannes Subtrinus.
,, Sergius * Abinensis. * Sabinensis.
,, Leo Gajetanus.
,, Leo Tiburtinus.
,, Petrus * Urbianus. * Urbinas.
,, Johannes Terracinus.
,, Petrus Ferentinatus.
,, Johannes Ariminensis.
,, Johannes Signinus.
,, Georgius Trajectanus.
,, Rodericus Castello felicitatis.
,, Lepardus Ancona.
,, Dominicus Trive.
,, Neo * Aratinus. * Leo Alatrinus.
,, Constantinus Ferrariensis.
,, Apollinaris Bobiensis.
,, Romanus Faventia.

,, Pe-

„ Petrus Imolensis.
„ Leopertus. * Asoriensis.   * Adriensis.
„ Florius. Cæsenatis.
„ Johannes Forumpopuliensis.
„ Apollinaris Liviensis.
„ Leo * Orbertano.   * Urbevetanus.
„ Aldualdus. Baldaeregensis.
„ Paulus Subdiac. Rom.
„ Petrus. Presbyter Viceagens Rom. Ecclesiæ.
„ Johannes Archidiaconus Romæ.
„ Adrianus Presbyter Rom.
„ Leo Presbyter Rom.
„ Romanus Presbyter Rom.
„ Petrus. Presbyter Rom.
„ Lucinius Diaconus. Rom.
„ Joannes. Diaconus. Rom.
„ David Subdiaconus Rom.
„ Benedictus. Subdiaconus Rom.
„ Salomon Subdiaconus Rom.
„ Benedictus Subdiaconus. Rom.
„ Martinus Subdiaconus. Rom.
„ Donatus Subdiaconus Rom.
„ Georgius. Subdiac. Rom.
„ Petrus Subdiac. Rom.
„ Romanus Subdiac. Rom.
„ Leoninus Subdiac. Rom.

„ Stephanus Subdiac. Rom.
„ Elia Olacionarius Rom.
„ Joſeph Primiſcrinius Romanus.

V I.

THEODINUS Adrienſis Epiſcopus ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennatenſis Epiſcoporum LII., qua, preſente *Joanne* Papa VIII., poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ, *Adalgario* Æduenſi Epiſcopo, ac ejus Eccleſiæ confirmatur menſe Auguſto, vel juxta alios, Septembri anni Chriſti 877. ex additione ad Ughellium. Anno autem 1746. ſub Ara majori Cathedralis Eccleſiæ Adrienſis, dum eadem Ara inſtauraretur, tres Capſulæ cum Reliquiis Sanctorum, nec non cum ſequenti inſcriptione fuerunt inventæ.

hoc ALTA
REC SECRA
TVEADHonc
REMaRVICTC
RIS·VITAL·A
GRICOLE·NicTrc
LAI·BLASII·)
SIGISMUN
DIMARS
TEMPORI
RVS DOM
AEO EPS

Scilicet

„ *Hoc Altare consecratum est ad honorem MM. Victoris. Vitalis.*
„ *Agricolæ. Nicholai. Blasii. Et Sigismundi Martyris Temporibus Do-*
„ *mini Theodini Episcopi.*

Quorum Reliquiæ rite collocatæ ac repositæ illico fuerunt eodem trium Capsularum ordine, quo inventæ a Canonicis in prædicta Ara.

V I I.

PAULUS anno 920. indubitanter in hac Sede florebat. Hic enim ille est, qui Oppidum Rhodigii ædificavit, ibique domicilium fixit, cum jam Adria ex aeris insalubritate, gravique cœlo incolis facta esset minor. His itaque Antistes motus supplex Romanum Pontificem adiit, ut confirmaret Ecclesiæ Adriensi Curtem Bonevigo, quæ vocatur Rhodige, & Silvam, quæ dicitur Grumpo, sic Piscariam, quæ vocantur Longule, nec non etiam Curtem, quæ vocatur Romeliacus, quæ est posita in Cenoglada, atque fundum, qui dicitur Crispini. Quæ bona confirmavit *Joannes*. Petiit etiam ut liceret in dicto loco Rhodige Castrum construere ad servandum Populum suæ Sanctæ Ecclesiæ, & ad Diœcesis defensionem præsertim contra Hungaros Italiam devastantes, ibique vivere. Quod illi concessit laudatus Pontifex. Et insuper Episcopo concessit suffragium populi permanentis a termino Rhodige usque ad Adriensem civitatem in restaurationem ejus diruptæ Ecclesiæ, & funditus eversæ. Denique statuit *Joannes*, ut nulli liceat a territorio Rhodige us-

usque ad Adriensem civitatem Ecclesias construere sine Episcopi licentia, Parœciam molestare &c., de quo Privilegio Joannis Papæ X. Priscianus in antiquitatibus Ferrariensibus scripsit lib. 1. cap. 19; partemque Diplomatis adduxit manu Joannis S. R. E. Scriniarii. Alii plurimi Scriptores huius Privilegii mentionem faciunt, & præsertim Comes Carolus Silvestrius in Historia Adrianarum Paludum pag. 138; ubi integrum refert, ut infra.

„ Johannes Episcopus Servus Servorum Dei

„ Reverendissimo & Sanctissimo Paulo Sanctæ Hadriensis Eccle-
„ siæ Episcopo.

„ Et per te in ejus Ecclesia, tuisque Successoribus in perpetuum
„ Juris more solito, qualiter Nobis sollicitudine insistit cura pro
„ utilitate Ecclesiis Apostolicis vigilandum, in eaque necessitate
„ jactura substineat, sed magis propriæ utilitatis stipendia conse-
„ quantur: Ideo convenit Nos Pastoralis tota mentis integritate
„ procurare, & sedulo eorum utilitati illis conferre, ut Deo No-
„ stro Omnipotenti hoc per ejus Sancti Nominis honorem, & lau-
„ dem, atque gloriam ejus Divinæ Majestatis ejus venerabili-
„ bus Nos certum est contulisse locis, sicque acceptabili,
„ nobisque ad ejus locupletissimam misericordiam divinam hu-
„ jusmodi operis insideretis, conferatis a sedibus remuneratione
„ largierunt. Quia petisti a Nobis quatenus concedissemus ti-
„ bi, & per te jam factæ tuæ Ecclesiæ Curtem Bonevigo, quæ
„ vocatur Rodige, & Silvam quæ dicitur Grumpo, sic pisca-
„ riam, quæ vocatur Romeliacus, quæ est posita in Cenoglada,
„ atque fundum, qui dicitur Crispini cum omnibus eorum perti-

E „ nen-

„ nentiis atque adiacentiis eorum , ut liceat tibi Castrum construe-
„ re ibi in prædicto loco , qui vocatur Rodige ad servandum
„ Populum Sanctæ tuæ Ecclesiæ tam a Paganis quam a perfidis
„ Christianis , cum introitu & exitu suo , & circa ipsum Castel-
„ lum spatium pro utilitate jam facto Castello ; seu concedimus
„ tibi , & per te tuæ Ecclesiæ in perpetuum transitoria cum canta-
„ bula navium , aut per quodcumque aliud argumentum eundi , &
„ redeundi sine alicujus contradictione sito in Territorio Hadriensi
„ juxta Tartari alveum posita tuæ Sanctitati tuorum Successorum
„ ad tenendum emissa præceptione concedere deberemus . Insuper
„ concedimus tibi , & per te tuæ Ecclesiæ tuisque Successoribus
„ suffragium , & placitum populi commanentis a Territorio Ro-
„ dige usque ad Hadriensem Civitatem jure perpetuo ad tenen-
„ dum , possidendum , ordinandum in restitutionem tuæ diruptæ
„ Ecclesiæ & funditus destructæ , emissa præceptione nostra cum
„ Beati Petri auctoritate. Ita sane, ut singulis quibusque annis ,
„ tu tuique Successores vice pensionis Hadriensem Ecclesiam reædifi-
„ care , ordinare Præsbyteros , Diaconos , cæterorumque Ordinum
„ Clericos ordinare . Statuentes Apostolica præceptione auctori-
„ tate Beati Petri Apostolorum Principis sub divini obtestatione ,
„ & Anatematis interdictum , ut nulli unquam nostrorum Succes-
„ sorum Pontificum , vel aliæ cujuslibet magnæ vel parvæ perso-
„ næ ipsum prænominatum locum cum omnibus curtis sive Pisca-
„ riis ad eumdem pertinentibus seu suffragiis atque placitis sicut
„ superius dictum est , a termino Rodige usque in Civitatem Ha-
„ driensem a potestatæ tuæ Ecclesiæ auferre vel alienare possit in

suo

„ suo proprio. Si quis autem temerario ausu magnæ parvæque „ personæ contra hoc nostrum Privilegium agere presumpserit, sciat „ se anatematis vinculo esse rolatum sive damnatum, & a regno „ Dei alienum, & cum omnibus impiis æterno incendio vel sup- „ plicio condemnatum. At vero qui observator in hujusmodi nostri „ Privilegii extiterit gratiam atque misericordiam vitamque eter- „ nam cum misericordiosissimo Domino Deo nostro consequi me- „ reatur.

„ Scriptum per manum Joannis Scrinarii Sanctæ Romanæ Eccle- „ siæ in mense Maii Indictione VIII. Bene valete.

„ Et ego Dominicus Christi misericordia Sanctæ Hadriensis Ec- „ clesiæ Notarius videns hoc autenticum Privilegium scriptum per „ manum Scrinarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nihil addens vel mi- „ nuens exemplavi. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo cen- „ tesimo quinquagesimo primo quarto decimo die exeunte mense „ Aprilis Indictione XIV. tempore Domini Eugenii Papæ & Cor- „ radi Regis.

„ Ego Romeus Domini Henrici Regis autenticum hujus exem- „ pli vidi, & legi, sicut hic continetur.

Hanc Bullam editam fuisse *Paullo* Episcopo vivente, clare ostendunt multi docti atque eruditi homines. Nec movere quempiam debat, quod Paulum in vivis agentem Sanctissimum appellet *Joannes* PP. X., cum more illorum temporum Episcopi adhuc viventes honoris gratia a Regibus, & ab ipsis etiam summis Pontificibus Beatissimi, ac Sanctissimi, ut supra, dicti passim legantur. Attamen, ut verum fateamur, sunt nonnulli, qui Bullam prædi-

ctam Joannis X. levibus omnino momentis innixi apocripham esse contendunt; sed maxime falluntur. Et re quidem vera notæ Chronologicæ apprime conveniunt cum authenticis ejus temporis monumentis; Stilus procul dubio est illius Sæculi ad quod Bulla refertur; & facta quædam, quæ in ea exponuntur, mirifice per alia legitima ejusdem ævi documenta comprobantur. Et sane quis ignorat, nisi hospes in Historia fuerit, ob improbitatem plurimorum ex Christianis illorum temporum & propter Paganos (nam Ungari ea tempestate Pagani erant) qui Ecclesiasticam pacem turbabant, & Ecclesiæ bona diripiebant, sibique vindicabant, plures Episcopos Regum, Imperatorum, Summorumque Pontificum opem contra hujusmodi perditissimos homines enixe implorare debuisse, ut illos & Plebem a Christo commissam a *Paganis*, & *a perfidis Christianis* defenderent, atque tuerentur, prout Summo Pontifici etiam ipse *Paulus* expressis verbis loquitur? Si igitur Chronologia, Stylus Bullæ, & quæ narrantur in ea, conveniunt cum gravioribus monumentis illorum temporum, nec ullam contradictionem involvunt, quæ in toto Bullæ decursu exponuntur, ut eam legenti patet, quid amplius requiri potest ad ejusdem asserendam authenticitatem? Habetur etiam hujus Bullæ exemplum anno 1151. a *Dominico* Sanctæ Ecclesiæ Adriensis Notario descriptum, qui videns, ut inquit, laudatum authenticum Privilegium scriptum per manum *Johannis* Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nihil addens, vel minuens exemplavit anno supradicto, quartodecimo die exeunte mense Aprilis, Indictione XIV. Præterea hæc Bulla tamquam authentica recitatur ab *Ughello* in sua

Ita-

Italia Sacra Tom. 2. pag. 4101. a *Joanne Petro Ferreti* hujus Episcopatus Vicario Generali primum, ac postea Episcopo Ravellensi in aureo Opuscolo MS. de Juribus Ecclesiæ Adriensis anni 1540. pag. 2. a Bullandianis in Actibus Sanctorum, a *Justo Fontaninio* Archiepiscopo Ancyrensi, qui in Pellegrini Prisciani manuscriptis eam vidit, a Clarissimo Viro *Stephano Borgia* Præsule doctissimo nobisque jamdiu amicissimo, qui summa cum nominis celebritate, & Ecclesiæ universalis bono a Secretis nunc est Sacræ Congregationis de Propaganda Fide nuncupatæ, in sua illustri Historia Beneventana; ab *Aloysio Guerra* in præsentiarum Publico Professore in Patavino Lyceo in suo Epitome Pontificiarum Constitutionum; demumque ab eisdem Episcopis Adriensibus, & præsertim a doctissimis *Laurentio Laureti*, *Hyeronimo Portia*, & *Antonio Vaira* in suis ad Limina relationibus, qui de Rhodigio loquentes inquiunt: *ab ejus fundatione usque ad hæc tempora Episcopi Adrienses hic resident, quod eis licuit auctoritate Apostolica*; præ oculis certissime habentes Bullam eamdem *Joannis* X., cujus etiam in Archivis hujus Serenissimæ Reipublicæ asservatur autographum. Ast de hac Bulla satis.

VIII.

JOANNES hujus nominis secundus Episcopus Adriensis anno 938. cum consilio Congregationis Clericorum suæ Ecclesiæ concessit in Emphiteusim *Dominico* Presbytero & *Gregorio* fratribus nec non filiis, & nepotibus terras juris Plebis Sanctæ Mariæ in Quinto, & Monasterii Sancti Petri in Quinto Adriensis districtus, ut ex Cartula

tula originali exiſtente in Archivo Imperiali Cœnobii Sancti Benedicti Pompoſiani Ferrariæ a tergo ſignata : *In Epiſcopatu Adrienſi*, & aliena manu traſcripta C. 14. , cujus barbarum exemplar tranſcribere non incongruum judicavimus.

„ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Domini
„ propicio pontificato Domini noſtri Leonis VII. Summo Pontifice
„ & Univerſalis Papæ in Apoſtolicam ſacratiſſima beati Petri Apo-
„ ſtoli Sede anno tertio imperante D. NN. Dominus Otto piiſſi-
„ mo Imperatore Sede ano tertio in Dei nomine die ſextodeci-
„ mo menſe Auguſto indictione ſebptima in vicho , qui vocatur
„ Quinto plebem Sanctæ Mariæ omnibus manifeſtum eſt , atque
„ congrua racionis diſpoſitis delibenter eorum deſideriis anuere pro
„ quibus in venerabilium locis utilitatibus in meliorandi , atque
„ cauſa profidentium . Ideo ego *Johannes* gratia Dei Epiſcopus de
„ Sancte Hadrienſis Eccleſeo, e per conſenſum congregationem Cle-
„ ricorum de prædicta Eccleſia per infiteoticario jure nomine mo-
„ do a preſentem die concedo vobis preſenti Dominicus presbite-
„ ri, & Gricorio germani filii preſenti Johanne de Annella ſeu
„ filiis & nepotibus veſtris tantumodo , ideſt una petia terra ara-
„ toria & Caſale uno in integrum , qui eſt de jure infraſcripto
„ plebem Sancte Marie qui eſt poſito infraſcripto Caſali in fundo
„ qui vocatur Quinto, & inſuper concedo vobis alias autem o-
„ mnes alias res & portionem in integrum quantacumque fuit de
„ Jure Monaſterio vocabulo Petrus in Quinto qui eſt poſita ipſa
„ infraſcripta re in ſupraſcripto fundo qui vocatur Quinto per ſingula
„ loca ſaltum vel planum , terris, campis , pradis , paſculis , ſil-

„ vis ,

„ vis, aliis rationabilibus caſalibus, limitibus, paludibus, ripis, fo-
„ ſis, peſcationibus, venacionibus, arboribus, & arbuſtibus, po-
„ miferis & infructiferis cultis vel incultis, deviſis & indeviſi cum
„ egreſo & greſu ſuo qum quantumunque de ipſa rationes compe-
„ tit de jure Monaſterio Sancti Petri potuerit aquirere cum ſuis
„ juſtis & certis interrafines ejus iſta omnes ....q ſup . . . le-
„ guntur concedo vobis abendum, tenendum, cultandum, defenſan-
„ dum, & in omnibus meliorandum veſtris propriis impenſionibus
„ ſeo & laboribus nichil qod inferius ad enſinſa impenſione puta-
„ re debeatis & inde ſinetur ſecundum painam peticionis veſtris
„ ſinguli quibuſq. anni omne menſe marcio inde ſine aliquam tar-
„ dietatem aut datum pro ipſa infraſcripta res completa. Argento
„ din quatuor tantum in penſionem dictum eſt perſolvatur item
„ pos diem tranſitis veſtris infraſcripto Dominicus presbiteri &
„ Gricorio germani ſeo filiis & nepotibus veſtris ſicut plebs ipſa
„ infraſcripta res compl......cultum defenſata reſtaurata & in omni-
„ bus meliorata, cui jure proprietatis revertatur promitent & ple-
„ bi ne nonulliſque diebus vite me nomine Johanne Epiſcopo aut
„ a meiſque ſucceſſoribus pro qm vobis libet argumentum aut re-
„ quiſitis ac cauſationem pro ujus cartule inſiteoſin inviolate & in-
„ violabiliter omnis tempore conſervare & adimplere promito &
„ qo...... abſie & averta divina potentia, & qu quo tempore
„ aliqua..........uſationem, aut requiſitionem agere voluero ego
„ vero Joh. Epiſ. aut a meiſque ſucceſſoribus incontra vobis infra-
„ ſcripti Dominicus Presbiter & gricorio germani ſeo filiis & ne-
„ potibus veſtris pro eodem prius dico compertum daturum me

pro-

„ promitto & offero Joh. Epis. aut a meisque successoribus dare
„ vobis infrascriptis germani petitoris seo filiis & nepotibus vestris
„ ante omnem litis inicione L interpellationem pene nomine auri
„ uncie due & post penam solucionis manentem auri cartula in-
„ fiteosin sicut pl. in suo robore & firmitatem quam verum anc
„ Cartula infiteosin sicut pl. scrivendum rogavit grigorio tabell.
„ vici sui...... copprogatorio quem eo scrivendum rogavit & sub-
„ ter manus mee propria subscriptionem feci vel sinum Sancte Cru-
„ cis testibus a....... rogavit sub die mensi indictione infrascripta
„ sebtima in vico qui vocatur quinto &c. Servus Christi Jesu Jo-
„ hannes gratia Dei Episcopus Sancte Adriensis Ecclesie huic Em-
„ phiteosin a me facta sicut supra legitur.

„ Martinns presbiter in hac Cartula infiteosi sicut supra le-
„ gi ....

„ Lorentius ✠ angelus presbiter in ac cartula infiteosin sicut
„ supra legitur......... consensi & scripsi ✠.

„ Petrus presbiter in ac cartula infiteosin sicut Leutis consensi
„ & scripsi ✠.

„ Martinus presbiter in ac cartula infiteosin sic ut supra legitur
„ consensi & scripsi senti cui.........est. Signum ✠✠ no Justino
„ qui vocatur de nellis & Dominicus nepote ejus.

„ ✠ Petrus presbiter in ac Cartula manibus ....
„ ....

„ Signa manum ✠ ✠ ...... superius legitur &c. ......
„ ....

„ Martino filio presenti grigorio in ac libello in ac cartula enfi-
„ teosin

„ teosin ut sup. post a testibus roborata & tradita complevi ab-
„ solvi.

Hic Antistes a *Martino PP. II.* seu *Martino III.* Romano Pontifice Bullam obtinuit ad confirmanda omnia jura ac bona Ecclesiæ Adriensis circiter anno 944. quam ex collectaneis MSS. *Peregrini Prisciani* Hist. Ferrarien. vulgavit Muratorius Antiq. Medii Ævi Dissertat. XVII. de Fisco & Camera Regum, Episcoporum, Ducum, atque Marchionum. Tenor vero Bullæ supradictæ Marini II. sive Martini III. est hujusmodi:

„ Martinus Episcopus Servus Servorum Dei.

„ Convenit Apostolico moderamine poscentibus benivola com-
„ passione succurrere, & poscentibus alacri devotione impartiri assen-
„ sum. Ex hoc enim lucri præmium apud Conditorem omnium
„ præposuit deum, quando venerabilia loca ad meliorem fuerint
„ statum sine dubio producta. Atque ideo quia juste & rationa-
„ biliter nostro Apostolatui humiliter postulasti, quatenus Sanctam
„ Dei Ecclesiam Hadriensem Beati Petri Apostoli Domini per præ-
„ sentis nostri Privilegii auctoritatem concederemus & confirmare-
„ mus omnes possessiones & proprietates ejusdem Ecclesiæ Hadrien-
„ sis, idest, Insulam, quæ vocatur Hadriana, una cum tota Silva
„ sua, & portus qui est portus Laureti, & portus Gauri, omnia
„ in integrum persistente usque in Mare; & a portu Laureti us-
„ que in Canale Sta, & usque in Canale Falze, una cum vena-
„ tionibus suis in integrum, simul Massa Quinto, & Silva Lapa-
„ rio, & Lacus Tuello, & Canale Tuonis, seu Canale de Adria,
„ & Canale de Palo, seu cum Cagatholla usque in piscaria Cy-

 thini,

„ thini, & corigio Suſorum, atque totam Inſulam inter Adicem &
„ Tartarum cum Silva & Manegium atque Maſſam Gavello in in-
„ tegrum; & Villa Martiana in integrum, ſeu Fundum Roda cum
„ cum Silva, & Valle ſibi pertinente uſque Valle Fraxinita & La-
„ vigiæ & Valentina. Sicque Argelle majorem & Girignano ſive
„ contra Maſſa Pedrulio, ſeu fundum Pontecli uſque in rivo Ca-
„ rario, & fundum Lamando, & prædicta Maſſa Pedrulio perſi-
„ ſtente uſque in ſtillo de Baldo. Inſuper confirmamus & corrobo-
„ ramus in prædicta Sancta Eccleſia Adrienſe Plebem Sanctæ Mariæ,
„ quæ vocatur Corna Cervina perſiſtente a Canale de Finale uſ-
„ que in Gauro; & Plebem Sanctæ Mariæ in Stornio, quam di-
„ ruit Flumen Padus, & perſiſtente a rupta Forianea uſque in
„ Foſſa Opilea, & in Foſſa Corrulo in integrum: atque Plebem
„ Sancti Georgii in Tamara una cum Maſſa Copario, & fundo
„ Ambroſio uſque in Valle Fraxineta in integrum. Sicque Ple-
„ bem Sancti Martini in Roviolam in integrum, & Plebem San-
„ cti Donati in Petrulio, habeat, teneat, poſſideat ſupraſcripta
„ Eccleſia Hadrienſis in integrum. Ideoque per præſentis noſtri Pri-
„ vilegii auctoritatem confirmamus in prædicta Eccleſia Hadrienſe
„ Maſſa Cappaciana & Lendenaria, una cum Silva ſua uſque in
„ Flumen Athicem ſeu Sulicini, & Tribano & Mardimacus ſeu
„ Anguillaria & Capite Argelle. Quapropter noſtra Apoſtolica
„ præceptione, ſive ex præceptione dilectiſſimi filii noſtri Ugonis
„ Sereniſſimi Regis, præcipimus, ut nulla neque perſona hominum
„ cujuſcumque conditionis vel gradus ſit, ſive dignitatis vel reli-
„ gioſitatis licentiam habeat in rebus & poſſeſſionibus predictæ Ec-

„ cleſiæ

„ clesiæ ingredi sine consensu Episcopi, vel qui præest ipsi Ecclesiæ
„ neque minuere, neque donare sive per hospitalitatem, vel per
„ commendationem vel aliquam violentiam facere præsumat. Sed
„ potius, ut præfati sumus, omnino in tempore salvas & illæsas
„ persistant una cum omnibus tam Clericis quam Laicis & deser-
„ vientibus, seu residentibus ejusdem Ecclesiæ, & omnes earum res
„ mobiles & immobiles, se seque moventes in integrum stare quie-
„ te & pacifice vivere omnium hominum remota controversia.
„ Nam (quod non credimus) si quispiam hanc nostri Privilegii au-
„ ctoritatem violator repertus fuerit, sciat se in iram Beati Petri
„ Apostolorum Principis, & filii nostri Hugonis Regis, & nostrum
„ casurum. Et prædicta Ecclesia cum suis pertinentiis, ut superius
„ legitur, sub Beati Apostolorum Principis, & nostra, nostrorum-
„ que Successorum protectione permaneat. Insuper nisi a malo
„ resipuerit, sciat se compositurum auri optimi Mancusios mille,
„ medietatem nostro Palatio, medietatem prædictæ Ecclesiæ. Qui
„ vero pio intuitu custos & observator in omnibus extiterit, be-
„ nedictionis gratiam, vitamque æternam cum omnibus Sanctis si-
„ ne fine habere mereatur in Sæcula Sæculorum Amen.

„ Scripta per manum Gregorii Scriniarii Romanæ Ecclesiæ.

„ Data Patriarchio Lateranensi III. Idus Junii. Bene valete.

„ Ego Benignus Episcopus Hostiensis manu mea subscripsi.

„ Ego Grisogonus Episcopus Portuensis manu mea subscripsi.

„ Anno ejus Sedis secundo & Domni Hugonis quarto, Indictio-
„ ne XII. Indictione II.

„ Et ego Dominicus Christi misericordia Sanctæ Hadriensi Ec-

„ clesiæ Notarius vidi hanc autentici Privilegii paginam scriptam
„ per manum Domini Gregorii Scriniarii Romanæ Ecclesiæ, nihil
„ addens vel minuens exemplavi Anno Dominicæ Incarnationis
„ MCLI. quartodecimo die exeunte Mense Aprilis, Indictione
„ XIV. tempore Domini Eugenii Papæ & Conradi Regis.

„ Ego Romeus Domni Henrici Regis Notarius autenticum hu-
„ jus exempli vidi & legi, sicut hic continetur.

Hoc quoque Episcopo Joanne Ecclesiam Adriensem regente Almericus Marchio de Civitate Mantuæ anno 948. una cum Franca Coniuge sua condito Testamento die 18. Mensis Julii, Indictione sexta Ferrariæ, ubi Fideicomissarium suum & hæredem instituit nomine Ecclesiæ Sancti Georgii, Georgium Archidiaconum Sanctæ Ferrariensis Ecclesiæ Beati Georgii de rebus quas possidebat in territorio & comitatu Ferrariensi cum omnibus aliis massis quæ a Sancta Romana Ecclesia sunt emancipatæ & traditæ ipsi Ferrariensi Ecclesiæ, in qua Ecclesia Beati Georgii voluit corpusculum suum sepeliri; in quo testamento, inquiunt Testatores supradicti, *omnia quæ extra ista confinia in territorio Adriensi habere visi sumus ipsi Episcopatui Beati Petri Apostolici relinquimus*. Leone Tabellione rogato, Georgio Archidiacono Sanctæ Ferrariensis Ecclesiæ Herede, Operto Comite, Eriperto, Leone, Damiano, Petro, Lamberto, & Adalberto testibus subscribentibus, rogatis ab eodem Almerico & Franca Jugalibus; Ugone & Lothario Regnantibus Italiæ. Hoc etiam Testamentum vulgatum est ab eodem laudato Muratorio Dissertat. XXI. p. 177. Tomi 2., sicut & alterum antiquius anni 938. Dissert. XLI. Antiquit. Medii Ævi pag. 738. Tomi 3. in favorem

vorem Ecclesiæ Adriensis, quod mox exscribere, quamvis extra ordinem, ut lectoribus nostris gratificemur, nobis placet:

„ Domno nostro Serenissimo Augusto Ugone & Lothario filio
„ ejus, magnis Regibus Longobardorum, Imperium vero Romanorum
„ Anno duodecimo & Anno octavo, per Indictionem XI.
„ Dominus Omnipotens, ac Redemptor noster, animas, quas con-
„ didit, ad remedium salutis semper indulgeat. Ideoque ego Al-
„ mericus gloriosissimus Marchio propter remedium anime mee, &
„ Franca Jugalis mea in die tremendi Judicii similis invenitur con-
„ sortio electorum consociari. In Domo beati Petri Apostoli Do-
„ mini nostri Jesu Christi, cui tradidit claves Regni celorum, San-
„ ctæ Adriensis Ecclésiæ, volo & jubeo, seu relinquo omnes res
„ illas, quas mihi pertinet in suprascripto territorio Adriensi per
„ loca & vocabula: id sunt, Curtes & Silvas, que est Insula,
„ quæ dicitur Laco, seu Insula Volana, que & Pomposia voca-
„ tur, atque Insula Laureto, seu Insula Lanariolo, atque Massam
„ Cornito, & Massa Donorum, & que mihi pertinet in Plebe su-
„ pra scripte Sancte Ecclesie Adriensi, quæ vocatur Sancta Maria
„ in Tamara, una cum fundoris, idest fundo Curlo, & fundo Sa-
„ lecto Gudoni; sicque & in Plebe nostra similiter, quæ vocatur
„ Sancti Martini in Massa Rovina, cum ipsa Massa, & cum fun-
„ doris suis integris, seu Plebe Sancti Petri in Bagnolo, sita su-
„ per ripa Fluvii Padi, una cum fundoris suis in circuitu: idest
„ fundo de Albaro, & fundo Babilonia, & in fundo Populare,
„ seu fundo Calderolo, & fundo Pradatico, atque Valle Mauri-
„ na, seu Roncho Galli; sicque Miciana, seu Pradale; sicque in

„ fun-

„ fundo Dusio, & Crispiana, seu Valle Fusca, & Valle Celaria-
„ ni, seu Corizo Butani, & fundo Surlano. Sicque omnes res
„ meas de Plebe nostra Sancti Stephani, sita in fundo Bulniticus
„ juxta Porto vestro, qui vocatur in Corrigia, seu in Plebe vestra
„ Sancti Joannis, ita in fundo Senetica; & fundoras septem, que
„ vocantur septimo, fundus Selciaticus, & fundo Casalia, seu in
„ Plebe vestra Sancte Marie, sita in fundo Trentule, que pertinet
„ de Massa nostra Sereniana, una cum omnibus fundoris sibi per-
„ tinentibus in integrum. Similique modo omnes res nostras, que
„ nobis pertinent in alia Plebe vestra Sancte Marie in Basilice,
„ cum duodecim fundoris nostris, atque in Plebe vestra Sancti Do-
„ nati in Pedrulio, cum fundoris nostris; & Vicos in circuitu, Er-
„ batico, & Cirpiliatica, Marliatica, Purpuriana, Madriæ, Quiren-
„ ti, Fulciaticus, Coriario, Funtanelle, Majatecus, Vico Bonoso,
„ Quaragnatica, & Surlaticus; seu fundo qui vocatur Corrio, &
„ Spisia, seu Spignoni, & Rondanato. Similique modo in Plebe
„ vestra Sancti Martini de fundo Fabriacus, cum fundo Puntre-
„ dia, & Valle Quiana, & fundo Cornuda, seu Marciana, &
„ fundo Macedonica, & fundo Vedresano, & fundo Lavige; seu
„ Curte, que vocatur Constantini, & fundo Danobrigo, & fundo
„ Bagnolo, seu Gliriatecus, & Congratiolaria, seu Levenana, at-
„ que Villa Manna, & fundo Zanetus, & fundo Francolini, &
„ fundo, qui vocatur Dosso; Area, seu Corrigio Stidio, & Cor-
„ rigio Tessarolo. Simili quoque modo Massam Arcunda, & fun-
„ do Gragnano, & Cedremano, seu Longolane, atque Bruseeda,
„ & Gardiliana, seu Massa nostra Crispini, & Massa nostra Ga-
„ velli,

„ velli , atqse Maſſa noſtra Liano , & Maſſa noſtra Campilio , &
„ Curte noſtra Roda . Et omnes illas res, que nobis pertinet in
„ ſupraſcriptis Plebibus , & ſupraſcriptis fundoris & vallibus ſeu
„ Curtis atque Maſſis, & Vicoras , ſeu Villas , & in toto terri-
„ torio Adrienſi nobis ſupraſcriptis jugalibus Almericus & Franca,
„ inclito & glorioſo Marchio , per noſtramque hereditatem , aut
„ per conquiſito , vel donum Regis, vel qnolibet titulo ſeu quo-
„ libet modo , generaliter & ſpecialiter pertinentibus vel adiacen-
„ tibus adſint, in jure & dominio ſupraſcripte Sancte venerabili
„ Adrienſi Ecceleſie, una cum omnibus rebus ad ipſas ſupraſcriptas
„ res pertinentes, cum domibus & ſtallareis, ſeu cum familiis no-
„ ſtris inibi habitantibus, cum illorum peculiis generaliter vel ſpe-
„ cialiter pertinentibus vel adiacentibus in rebus & uſibus meis in-
„ tegriter in integrum.

„ Almericus Marchio judicavit & confirmavit.

„ Franca etiam confirmavit.

„ Damianus teſtis rogatus.

„ Dominicus teſtis rogatus.

„ Honoratus teſtis rogatus.

„ Stephanus teſtis rogatus.

„ Et ego Dominicus miſericordia Sanctæ Adrienſis Eccleſiæ No-
„ tarius, videns hoc Judicii Inſtrumentum , nihil addens vel mi-
„ nuens exemplavi Anno Domini Milleſimo Centeſimo Quinquage-
„ ſimo, die III. intrante Septembri , Indictione XIII. in Eccleſia
„ Sancti Petri Adriæ tempore Eugenii Papæ, & Conradi Regis.

I X.

I X.

GEMERIUS Presbyter Ravennas Episcopali Sede Adriensi potitus est circa annum 952. Nicolius in Historia Rhodigina eumdem Episcopum Geminium vocat, de quo nil aliud reperitur præter nudum nomen.

X.

ASTULPHUS, sive ASULPHUS Romanus Gemerio successit anno 967. circiter. Hic Præsul in Documento anni 992. XVIII. Kalendas Septembris a Ludovico Antonio Muratorio edito in Dissertatione XXXVI. Tom. III. pag. 201. Antiquitatum Medii Ævi Asulphus nominatur; de quo inquit Ughellius ex Historiæ Ravennatensis libro 5. Decimas territorii Sanctæ Mariæ de Gavello Dominico illius loci Abbati in suffragium animæ suæ, & suorum Prædecessorum concessit. Instrumentum oblationis hujus in forma authentica etiam nunc servatur in Archivo Episcopatus Adriensis Catastro ⁜, alias * pag. 196., quod heic afferre opere pretium est.

„ In nomine Dei eterni. Anno Domini Nongentesimo Nona-
„ gintaduo. Tempore Domni Ottoni Tertii, Indictione Quinta.
„ Accessit *Domnus Asulphus Episcopus Hadriensis Ecclesie*, pro obla-
„ tione & illuminatione anime sue, & suorum Predecessorum,
„ *investivit Dominicum Abbatem ejusdem loci de totas Decimas totius*

„ *fun-*

„ *fundi de Gavello*; cujus altercatione orta districtus est per jura„ mentum bonorum virorum; videlicet Adam de Nigo de Gavel„ lo, Angilberti de Gavello, Mauretii de Decimo, Bonaldi de „ Decimo. A sera fundus de Decimo & caput Trentule. A meri„ die Canale de Venetia in josum usque ad Canale de Caucoman„ co. A mane fundus de Quinto. A Septentrione fundus Mediane, „ & fundus...... Itaque & has Decimas donavit Ecclesie Sancte „ Marie, & confirmavit sub pena unius libre optimi auri. In pre„ sentia horum predictorum virorum, & Johannis de Sarzano, & „ Arnulphi filii ejus, & Martini de Decimo, Glausi de Rodige, „ Dominici de Valentino.

„ Et ego Jacobus hujus pagine Notarius per mandatum Domni „ Episcopi hanc Cartam rogatus scripsi.

„ Et ego Antonius Sacri Palatii Notarius exemplavi hunc In„ strumentum factum per Jacobum Notarium jam dicti Domni E„ piscopi Asulphi.

X I.

ALBERICUM Adriensis Ecclesiæ Episcopum electum indicat illud insigne placitum habitum anno 1001., die quarta Mensis Aprilis in Monasterio Classensi Sancti Apollinaris Ravennæ. Placitum hoc a Muratorio ex Pergamena authentica, sive ex autographo notarii, qui illud literis consignavit, inventum apud Bonifacium Rangonium Marchionem non minus ex antiqua nobilitate, quam ex eruditione & doctrina inter Mutinenses præstantem, missum fuit ad Clarum Virum Antonium Franciscum Gorium Floren-

tinum, qui illud Volumini v. pag. 1. suarum *Symbolarum Literariarum* inseruit. Prædictum autem placitum continet renunciationem factam ab Episcopis Adriensi & Comaclensi, nec non ab Andrea Abbate Monasterii Sancti Salvatoris Ticinensis jurium, quæ prætendebant in Monasterium Pomposianum, & in illud Sancti Vitalis in Comaclensi territorio situm. Documentum itaque est hujusmodi, ex Annal. etiam Camald. Tom. 1. in Appendice col. 160.

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Anno Deo pro-
„ pitio Pontificatus Domini nostri *Silvestri* Summi Pontificis & u-
„ niversalis Pape in Apostolica sacratissima beati Petri Apostoli
„ Domini Sede secundo. Sicque imperante domino nostro piissimo
„ perpetuo Augusto *Ottone*, a Deo coronato, pacifico, magno *Im-*
„ *peratore*, in Italia vero anno V. die quarto mensis aprilis indictio-
„ ne quartadecima, infra claustra monasterii *Sancti Apollinaris*, qui
„ vocatur *in Classe*. Ea enim que gesta esse videntur, prolixis tem-
„ poribus memoriter retineri non possunt: ideo scripture vinculo
„ anotari equum est. Igitur cum Christi auxilio dum residerent
„ predicti domni *Silvestri* Summi Pontifici & universali Pape una
„ cum eo Domno *Ottone* serenissimus Romanorum *Imperator* Augu-
„ stus in predicta claustra monasterii Sancti Apollinaris, qui voca-
„ tur in Classe, justitiam faciendam & altercationes deliberandos
„ residentibus & astantibus cum eis Episcopis, Abbatibus, diaconi-
„ bus, monachis, & eremitis, clericis, comitibus, judicibus, atque
„ consulibus & aliorum sublimium, quorum nomina hæc sunt. Idest
„ imprimis domnus *Petrus* gratia Dei Episcopus *Cumiensis* Ecclesie,
„ *Otbertus* Episcopus Sante *Veronensis* Ecclesie, *Leo* prudentissimus

„ Epis-

„ Episcopus Sancte *Vercellensis* Ecclesie & logotheta sacri palatii, „ *Dominicus* Episcopus *Sutriensis* ecclesie, *Sergius* Episcopus Sancte „ *Cesinensis* ecclesie, *Odilo* Abbas Monasterii Sancti Petri Cluniacensis, *Andreas* Abbas Monasterii Sancti Salvatoris Ticinensis, „ *Robertus* oblacionarius Sancte summe sedis Apostolice Romane „ ecclesie, *Fridericus* presbiter Sancte Romane Ecclesie Cardinale, „ *Gisilbertus*, qui vocatur *Bonizo* presbiter & Monachus Sancti Salvatoris Ticinensis, *Anastasius* Abbas Monasterii Sancte Marie Selavanensis provincie, *Giribaldus* Abbas Monasterii Sancte Cristine Ticinensis, *Arderardus* Abbas Monasterii Sancti Apollinaris in „ Classe, *Bonizo* Abbas Monasterii Sancti Severi, *Romualdus* Abbas & eremita, & alius *Johannes* Monachus similiter & eremita, *Bonifacio* eremita, *Baldericus* clericus & capellanus Imperatoris, *Guazo* diaconus similiter capellanus Domni Imperatoris Ottoni, *Poppo* item capellanus, *Constantinus* archidiaconus Sancte „ Ravennatis ecclesie, *Guarinus* presbiter ejusdem Sancte Ravennatis Ecclesie, *Morenatius* Subdiaconus ejusdem, *Petrus* clericus & notarius Sancte Ravennatis Ecclesie, *Petrus* Sacrosancti palatii Lateranensis comes, *Arardus* comes, *Tarvaldus*, qui vocatur *Paulus* „ judex & ex genere ducum, *Petrus* judex Sacro sancti palatii, „ judex & advocator Sancte Ravennatis Ecclesie, & alius *Petrus* „ judex filius quondam *Pauli* ex genere ducum, qui vocatur de „ Traversaria, *Andreas* judex, qui vocatur *Utile*, & alio *Andrea* „ dativo, qui vocatur de *Severo*, *Johannes* dativus calciapelle, *Almericus* filius quondam *Johannis* ducis, *Paulus* filius quondam „ *Petri* de Traversaria, & alius *Paulus* filius Petri de Traversa-

„ ria, *Petrus* filius Johannis ducis, Petrus de Adelberto, Johannes „ conſul, qui vocatur de Guanchilo, *Gofredus* de Bagno, *Tetbertus* „ de Atiliano, *Apollinaris*, qui vocatur Habertus, filius quondam „ *Deuſdedit* conſulis de ponte auguſti, *Mauritius* negotiator, filius „ quondam Johannis de Teuda, *Bonizo* de Leucio, *Liuzo* negotia- „ tor filius quondam *Vitalis* negotiatoris, qui vocatur de Marino, „ *Rainardus* Ticinenſis, & advocator ſupradicti Abbatis ſancti Sal- „ vatoris, *Johannes* filius quondam Johannis de Andrea de Amabi- „ li, *Andreas* Tabellio ex genere conſulum, *Lazarius* Tabellio, „ *Johannes*, qui vocatur de vera & vicedomini ſancte Ravennatis „ Ecclesie, *Adalbertus* de ufficia, & me preſentem *Conſtantinus* in „ Dei nomine Tabellio hujus civitatis Ravenne, & alii plures, „ quos longum eſt ad ſcribendum. In iſtorum omnium ſupraſcripto- „ rum preſentia relecta eſt cartula petitionis, quas petivit quon- „ dam *Conſtantinus* presbiter & Abbas Monaſterii Sancte Marie, „ qui vocatur in Pomposia, ad quondam Domnus Johannes San- „ ctiſſimo Archiepiſcopo ſancte Ravennatis Ecclesie de ſupradicto „ Monaſterio Sancte Marie & de Monaſterio Sancti Vitalis Mar- „ tiris in ipſius inſula poſito cum omnibus ad ipſi Monaſterii per- „ tinentibus, ſitas in territorio Comiaclenſis, a ſummo uſque ad „ expletam roborationem teſtium. Et cum relecta ejus ter interro- „ gavit ſupradictus Petrus ſacroſancti palatii judex & advocatus „ Sancte Ravennatis Ecclesie predicte *Andreas* Abbati Monaſterii „ Sancti Salvatoris Ticinenſis una cum ſupradicto advocatore ſuo „ nomine *Rainaldus* ex genere Longobardorum, ſi aliquid diceret, „ ipſam cartulam petitionis an non. Et ipſe Abbas pariter cum ſu-

„ pra-

„ pradicto advocatore suo dixerunt: Laudamus eam, quia bona
„ est, & volumus, ut sit firmam & stabilem in perpetuum, sta-
„ timque adprehendiderunt in manibus suis virgam, & miserunt
„ in manu supradicto *Petro* judex sacrosancti palatii, & advocatus
„ Sancte Ravennatis Ecclesie, & dixerunt: ecce refutamus tibi in-
„ vice Sancte Ravennatis Ecclesie, ipsum Monasterium Sancte Ma-
„ rie, qui vocatur in *Pomposia*, & Monasterium Sancti Vitalis
„ Martiris in ipsa insula posito, & omnibus rebus, que in ip-
„ sa carta petitionis relegitur, ut habeant Sancta Ravennas Ec-
„ clesia ipsum Monasterium Sancte Marie, qui vocatur in Pom-
„ posia, & Sancti Vitalis Martiris in perpetuum. Et spopondit se
„ ipse supradictus *Andreas* Abbas supradicti Monasterii Sancti Sal-
„ vatoris una cum advocatore suo nomine *Rainaldus* ex genere
„ Longobardorum: Si unquam in tempore ille aut sui successori-
„ bus, aut sua summissa persona, de ipso Monasterio Sancte Ma-
„ rie, quo vocatur *in Pomposia* & *Sancti Vitalis Martiris*, secun-
„ dum quod relegitur in ipsa cartula petitionis, se intromiserit,
„ aut agere, vel contendere presumpserit: sciat se compositurus au-
„ ri optimi libras decem ad Sanctam Ravennatem Ecclesiam, suis-
„ que Archiepiscopis, & hanc refutationem, & sponsionem in sua
„ firmitate permaneat. Et similiter interrogatus est *Georgius* Epis-
„ copus Sancte Comiaclensis Ecclesie cum advocatore suo nomine
„ supradicto Andreas ex genere consulis & tabellio, *& Albericus*
„ *Episcopus Sancte Adrianensis Ecclesie cum advocatore suo nomine*
„ *Apollinaris, qui vocatur Ubertus de ponte augusti*, a prefato Petro
„ judex sacri palatii, & advocatus Sancte Ravennatis Ecclesie, si

„ ali-

„ aliquid vellent dicere de ipſa carta petitionis de ſupradictis
„ Monaſteriis Sancte Marie, & Sancti Vitalis, que in eorum pre-
„ ſentia relecta eſt. Et ipſi Epiſcopi pariter cum advocatoribus
„ ſuis dixerunt. Laudamus eam, quia bona eſt, & volumus ut ſit
„ firmum & ſtabilem in perpetuum. Et ſpoponderunt ſe predicti
„ Epiſcopi cum ſupradictis advocatoribus ſuis, ut ſi umquam in
„ tempore illi aut illorum ſucceſſorum, vel illorum ſummiſſa per-
„ ſona de prefatis Monaſteriis cum omnibus ſibi pertinentibus con-
„ tra voluntatem Archiepiſcopi Sancte Ravennatis Eccleſie auri
„ optimi pro unuſquiſque libras decem; & hanc ſpoſionem & lau-
„ dationem in ſuam firmitatem permaneat. Hec audiente prenomi-
„ nato Domnus *Petrus* ſacroſancti palatii judex & Sancte Raven-
„ natis Eccleſie advocatus dixit: Deprecor vos omnes qui hoc au-
„ ditis & videtis pro futuro teſtimonio. Hoc factum eſt ſub die,
„ menſe, & indictione ſupradicta quartadecima in iſta cauſtra Mo-
„ naſterii *Sancti Apollinaris*, qui vocatur in Claſſe.

„ ✠ Ego Silveſter Sancte Catholice, & Apoſtolice Eccleſie Ro-
„ mane preſul huic refutacioni & ſponſioni, ut ſupra legitur, pre-
„ fui & ſubſcripſi.

„ ✠ Octo ſervus Apoſtolorum ſubſcripſi.

„ ✠ Ego Rodbertus Sancte Catholice, & Apoſtolice Eccleſie
„ Romane Diaconus & oblationarius interfui.

„ ✠ Ego Dominicus gratia Dei Sancte Sutrine Eccleſie Epiſco-
„ pus interfui & ſubſcripſi.

„ ✠ Ego Petrus Cumanus Epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Otbertus Ve-
„ ronenſis Epiſcopus interfuit.

„ ✠

„ ✠ Georgius Episcopus Sancte Comacliensis Ecclesie interfuit.

„ ✠ Ego Andreas Abbas Monasterii Sancti Salvatoris interfui.

„ ✠ Ego Arderatus presbiter & Monachus Abbas Sancti Apol-
„ linaris interfuit.

„ ✠ Ursus presbiter & Monachus & Abbas Monasterii Sancti
„ Andree, qui vocatur majoris interfuit.

„ ✠ Romualdus Monachus interfuit.

„ ✠ Constantinus in Dei nomine tabellio civitatis Ravenne, &
„ Dei gratia sacri palatii judex huic refutationi & sponsioni inter-
„ fui & subscripsi. ✠ Ego Petrus Deo annuente dativus huic re-
„ futationi &c. ut supra.

„ . . . . & logotheta palatii affuit, voluit, laudavit, decre-
„ vit, & in eternum valere precepit.

„ Andreas Christi misericordia tabellio interfuit & subscripsit.

„ . . . . in Dei nomine tabellio civitatis Ravenne scriptor
„ hujus refutationis & sponsionis, de omnibus sicut supra legitur
„ post roborationem judicum & testium: . . . . . absolvi.

„ Et ego Petrus Bonus Dei Nutu Tabellio de Villa Baurie, &
„ Notarius Sanctæ Pomposianæ Ecclesiæ ita ut vidi in Authentico
„ Instrumento quod leggere potui scripsi. In milesimo CLVIII.
„ tempore Adriani Papæ, & Frederici Imperatoris in Mense Apri-
„ lis Indiction. VI. Romæ in Domo Petri Rici Ostiarii Domini
„ Papæ.

De eodem Alberico Episcopo nihil ex Ughellio; deest etiam in Serie Episcoporum Adriensium, quam contexuit Comes Carolus Silvestri prælaudatus.

XXII.

XII.

PETRUS I. Alberico ſucceſſit anno 1003. circiter. Ex Annaliſtis Camaldulenſibus Tom. 1. in Appendice num. 94. Col. 217. colligimus eumdem Epiſcopum interfuiſſe anno 1016. die 30. Aprilis Synodo Ravennatenſi habitæ Ravennæ ab Arnaldo Archiepiſcopo in Cauſa inter Abbatem Pompoſiæ, & Abbatem S. Adalberti de Pereo. Synodo huic Epiſcopi Ravennatis Eccleſiæ ſuffraganei adfuere, uſurpato in re nova novo verbo, quod veteres quoque probarunt, ut olim obſervavit etiam Paulus Manutius, Act. 11. lib. 11. in Verrem, *Petrus* Hadrienſis, *Rodulphus* Livienſis, *Marnacius* Cæſenas, *Leo* Ficoclenſis, *Teopertus* Populienſis, &c. Poſt Epiſcopos, Clerus Ravennæ, & Abbates. Secundum autem Muratorium anno 1017. Antiquitat. Ital. Medii Ævi Tom. 1. Diſſert. 5. pag. 241. de Ducibus ac Principibus antiquis Italiæ, Petrus promiſit *Ottoni Urſeolo* Venetiarum Duci ſe non commiſſurum in poſterum, ut caſtrum Laureti, nunc *Loreo*, ullo modo læderet. Documentum ſumptum ex MSS. Peregrini Priſciani affert, quod cum ſumpto a MSS. Codice Treviſaneo contulimus & tantum in Indictione inter ſe differunt; nam Treviſaneum Indict. XIV. & illud Priſciani XV. notat, & Diaconorum, Presbyterorum, ac Clericorum ſubſcriptiones inverſo ordine plerumque factas ſigno Crucis adnotatas, quas Laicorum proprio Caractere ſignatas deprehendimus, ac ſi minus periti per ea tempora forent ad ſcribendum Clerici quam Laici. Promiſſio itaque de qua loquimur eſt hujuſmodi:

„ In

„ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo pro-
„ pitio Pontificatus Domini *Benedicti* Summi Pontificis & univer-
„ ſalis Papæ in Apoſtolica ſacratiſſima Beati Petri Apoſtoli Domi-
„ ni Sede Quinto; ſicque imperante Domino *Enrico* a Deo coro-
„ nato magno Imperatore in Italia Anno vero Tertio, die VII.
„ Menſis Junii, Indictione XV. in Palatio Ducatus Venetiæ. Spon-
„ deo atque promitto ego *Petrus* Sacræ Adrienſis Eccleſiæ Epiſco-
„ pus, una cum Advocatore meo *Johanne*, atque noſtris cunctis fi-
„ delibus tam Canonicis quam Laicis tibi Domino *Ottoni glorioſo*
„ *Duci Veneticorum ac Dalmaticorum*; ut amodo in antea omnibus
„ diebus vitæ meæ Caſtellum, quod ſitum eſt apud Lauretum, nec
„ dolo, nec temerario auſu incurſare, neque incendere, neque de-
„ prædari præſumam, neque ullum hominem in eo habitantem de-
„ predari intra ditionem vel Dominium veſtri Ducatus, quod ad
„ preſens tenere vel dominari videmini: atque per me, neque per
„ aliquam ſummiſſam perſonam, vel per illos, quibus reſiſtere vel
„ contradicere valeo. De depredationibus vero, quæ hactenus mi-
„ hi, meiſque hominibus factæ ſunt, promitto, me nunquam ali-
„ quam vindictam ſumpturum, neque aliquam querimoniam factu-
„ rum, nec ante Principem, nec ante aliquam perſonam homi-
„ num: quoniam de omnibus depredationibus ſupraſcriptis finem
„ fecimus, & cunctam tranſactæ predæ querimoniam definivimus.
„ Quod ſi contra omnia hæc quæ præmiſimus ire tentavero, vel
„ contra hanc ſponſionis Chartulam aliquid agere præſumpſero,
„ componere promitto auri cocti libras quinquaginta, & ſoluta pe-
„ na maneat hæc ſponſionis Chartula in ſua firmitate.

H „ Ego

„ Ego *Petrus* Dei gratia Episcopus S. Adriensis Ecclesie in hac
„ sponsione, ut supra legitur, manu propria subscripsi.

„ ✠ Signum manus *Donati* Presbiteri.

„ ✠ Signum manus *Victi* Clerici.

„ *Anastasius* Consul interfui & subscripsi in hac sponsione.

„ *Theobaldus* Longus in hac sponsione interfui & subscripsi.

„ *Grimoaldus* in hac sponsione interfui & subscripsi.

„ *Johannes* filius Gerardi in hac sponsione interfui & subscripsi.

„ ✠ Signum manus *Arnulfi* testis ad omnia quæ leguntur supra.

„ Ego *Maraldus* interfui & subscripsi.

„ ✠ Signum manus *Marini* Diaconi.

„ ✠ Signum manus *Maurici* Clerici.

„ Ego Johannes Dei nunc Tabellio Ravennas hanc sponsionem
„ scripsi, & post testium scriptorum manus complevi & absolvi.

XIII.

BENEDICTUS hujus nominis primus Bononiensis pontificatum auspicatus est anno salutis 1050., de quo loquens Ughellius inquit: „ Hic Rhodigii Ecclesiæ Cathedralis fundamenta posuit; „ quibus sane rationibus ac auctoritatibus ductus fuerit omnino ignoramus. Ut ut tamen sit *Benedictus* fuit vir optimis moribus imbutus, & adeo ab *Henrico* II. Cæsare dilectus, ut ei jura omnia & privilegia confirmaverit, sicut ex sequenti Diplomate apparet.

„ In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. *Henricus* divina
„ fave-

„ favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit
„ omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris, quam præſenti-
„ bus, qualiter Adrienſis Epiſcopus *Benedictus* Turegi noſtram
„ adiens clementiam, rogavit, quatenus pro remedio animæ no-
„ ſtræ, ſeu parentum noſtrorum ſub noſtræ tuitionis poteſtate, at-
„ que defenſione, omnia bona Adrienſis Eccleſiæ ſuſciperemus. Quæ
„ petitio quoniam juſta & minus neganda nobis viſa eſt, mundi-
„ burnium noſtræ protectionis præfato *Benedicto* Adrienſi Epiſcopo
„ fieri juſſimus; videlicet de Curte, quæ dicitur Adriana, cum a-
„ quis, terris, palludibus, & Silvis, ripatico, toloneo, ſalinis a
„ Gauro Policino uſque ad aquam, quæ vocatur Conchagatula; &
„ prædictam Aquam uſque ad Canale, quod dicitur Cancomanco,
„ & inde uſque in Satiſſa ex tribus giris Raſane, vel Corbula,
„ Aureliaca, Sicea, & Campo Coronato, vel tomba Boniola perve-
„ niente per Aquam, quæ vocatur Portus Laureti, ſeu Aquam,
„ quæ vocatur Anguillaria major & Anguillaria minor, ſeu Aquam
„ de Cornu, ſeu in Littore ad uſum piſcandi; vel Plebem Mane-
„ gii, vel Plebem Villæ Martialis atque Plebem Arquadæ; ſeu
„ *Abbatia Gavellenſe Sancti Caſſiani;* atque Villam Bonemani, &
„ Villam Mediani; atque Villam Sancti Laurentii, & Plebem San-
„ cti Caſſiani Martiris, ſeu Lapane; nec non & omnibus rebus
„ tam mobilibus quam immobilibus, quæ juſte ac legalitatem nunc
„ habere videtur, ſeu deinceps acquirere poterit; ſeu Capella San-
„ cti Petri de Manſnizago; eo videlicet ordine, ut nullus Dux,
„ Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu magna parvaque
„ perſona prævaleſtare aut diſveſtire ſine legali juditio præfatum

„ *Benedictum* Episcopum, ejusque Successores præsumat. Quod si
„ quis facere tentaverit, sciat se nostram iram incurrere, & insu-
„ per auri libras centum compositurum, medietatem Cameræ no-
„ stræ, medietatem præfato Episcopo. Quod ut verius credatur,
„ & ab omnibus inconvulsum teneatur, sigilli nostri impressione
„ jussimus insigniri.

„ Signum Domni (✠) Henrici secundi Romanorum Imperato-
„ ris invicti.

„ Neriso (*) Cancellarius Vice Domini.

„ Orchilli (*) Archicancellarii recognovi.

„ Datum II. Idus Februarii Anno Dominicæ Incarnationis
„ MLIIII. Indictione VII. Anno autem Domini Henrici Tertii
„ Regis, Imperatoris secundi, Ordinationis ejus XXV. Regni qui-
„ dem XIII. Imperii vero VIII.

„ Actum Turegum in Dei nomine feliciter. Amen.

„ Et ego Dominicus Christi misericordia Sanctæ Adriensis Ec-
„ clesiæ Notarius, nihil addens vel minuens exemplavi.

„ Et ego Petrus filius Domini Corradini de mira de Castro Ha-
„ driani Imperiali auctoritate Notarius hæc vere omnia & singula
„ suprascripta manu prædicti Dominici Notarii fideliter scripsi &
„ exemplavi nihil addens, vel minuens quod sensum mutet vel in-
„ tellectum scripsi. Actum in Domo Comunis Hadriani sub annis
„ Domini MCC. Indictione III. die ultima Julii.

„ Ego Bonaventurinus Notar. de Mantua prædictum Privilegium
„ Imperatoris ut inveni in autentico scripto per manus Dominici

„ No-

(*) Corrupta sunt hæc nomina.

„ Notar. & Petri Notar. & Exemplato nihil addens, vel minuens „ quod ſenſum mutet; Ita de mandato Domini F. Bonazuntæ Dei „ gratia Epiſcopi Adrien. fideliter regiſtravi & exemplavi. Anno „ Domini MCCLXXXXVI. Indictione VIII. die penultima Janua- „ rii. Rodigii ſuper Domum Domini Epiſcopi.

Ejuſdem præterea Antiſtitis Literas legimus datas anno prædicto 1054., quas in Collectaneis MSS. Peregrini Priſciani in Eſtenſi Bibliotheca adſervatas deſcripſit Muratorius, & in lucem edidit in Diſſertatione ſeptuageſima quarta Antiquit. Ital. Tom. 6. pag. 363., ubi *Benedictus* concedit *Tarulfo* qui & *Bulgarus*, Eccleſiam Sancti *Andreæ in Ponticulo*, nec non eam eſſe Plebem & Baptiſmi & Chriſtianitatis myſterium, una cum Decimis, &c. ut infra.

„ Milleſimo Quinquageſimo Quarto ſub *Henrico* Tertio Rege, & „ Pontificatu Domni *Victoris*. Ego quidem in Dei nomine *Benedi-* „ *ctus Dei gratia Epiſcopus Adrienſis*, per hujus paginam profeſſio- „ nis, donationis, ſeu largitionis tibi præſenti in Dei nomine Fa- „ rulfo, qui vocaris *Bulgaro*, ſeu filiis maſculis in perpetuum per „ iſtius paginis firmitatem, a me in te factam atque traditam lar- „ giente, largior tibi, tuiſque filiis maſculis in perpetuum trado „ atque concedo Eccleſiam unam ſub vocabulo *Sancti Andreæ*, qui „ vocatur *in Ponticulo*, cum Decimis & oblationibus, omnibuſque „ pertinentiis ſuis, conſtituto territorio Adrienſe. *Et concedo eam* „ *eſſe Plebem*, *& Baptiſmi*, *& Chriſtianitatis miſterium*; *ibi in ea* „ *faciendum matutinis*, *veſpertinis horis*, *ſeu Miſſarum ſolemniis*, *in* „ *ea ibidem celebrandis per meos Presbiteros*, *vel meorum Succeſſorum* „ *ibidem ordinatos*, *& eoſdem Presbiteros meum Sinodum*, *meorumque*

„ *Suc-*

„ *Successorum custodiendum*. Et inde offertis candelas tres in festivi-
„ tate Sancti Martini.

„ *Benedictus* Dei gratia Adriensis Episcopus firmavi.

„ *Petrus* Archipresbiter de Plebe Sancti Cassiani firmavi.

Anno vero sequenti scilicet 1055. idem Episcopus conventui per *Ugonem* Imperialem Legatum in Vico, cui caput de Rheda nomen, nunc Codrea, antiquitus enim caput Eridani, Diœcesis & agri Ferrariensis, convocato interfuit una cum *Henrico* Archiepiscopo Ravennate, & *Rolando* Ferrariense Episcopo, ac Judicibus Ravennatibus, Cæsenatibus, Forolivienfibus, & Ferrarienfibus, *Paulo* Traversaria, *Guido* nepote, *Alerardo* Imolense comite, cæterisque apud Rubeum Histor. Ravennat. lib. 5. pag. 290. descriptis; ubi conquerentibus aliquibus apud Cæsarianum legatum de *Henrico* Archiepiscopo Ravennate super fundum vocatum Firminiana, hodie *Formignana*, Legatus Ferrarienses Judices huic questioni præfecit. *Desiderius* Judex pro Ecclesia Ravennæ sententiam tulit, cui subscripsere Episcopi septem, Judices Dominicus Legis doctor, *Henricus* Philosophiæ minimus, & *Petrus* Abbas Sanctæ Mariæ in Felonica. Documentum hoc retulit Amadesius in Dissertatione de jure Metropolitico Ferrariæ pag. 257.

XIV.

TUTONEM Ecclesiæ Adriensis Episcopum reperimus in quodam Instrumento cessionis Monasterii Sancti Petri Maonis prope Rhodigium factæ in manu *Henrici* Archiepiscopi Ravennatensis Anno Domini 1067. a Tutone prædicto cum omnibus rebus, & pos-

possessionibus, atque pertinentiis suis. Originarium ejus Instrumenti Exemplar extat adhuc in Archivo Monasterii Sancti Bartholomæi de Rhodigio, ubi in præsentiarum Monachi Olivetanæ Congregationis promovent Divinum cultum; inde hoc quod sequitur ex fide transumptum hic apponendum curavimus.

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno
„ Dominicæ Incarnationis millesimo sexagesimo septimo, regnante
„ vero *Henrico* Filio q. *Henrici* Imperatoris anno undecimo, die
„ trigesimo Mensis Aprilis Indictione quinta Ravennæ in superiori
„ Domus Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ infra cameram Domni *Hen-*
„ *rici* Archiepiscopi, dum adessent viri bonæ opinionis, & lauda-
„ bilis famæ in prædicta camera, idest in primis Domnus Henri-
„ cus gratia Dei Archiepiscopus Sanctæ Ravennatensis Ecclesiæ,
„ Lambertus Episcopus Sanctæ Bononiensis Ecclesie, Oldericus Epis-
„ copus Sanctæ Corneliensis Ecclesiæ, Bonus Episcopus Sanctæ Fi-
„ coclensis Ecclesiæ, Guido Judex Ferrariensis, Johannes Vicedo-
„ mino filius q. Buttonis, & Ubaldus, & Ermannus, & Bernar-
„ dus de Deotardo, ser Baldus filius q. Corbosi de Raberto, Teu-
„ tonicus de Capro Sancto, Everardus, & Eldebrandus, & Iddo
„ de Grausa testes rogati, & ego præsens Deusdedi Tabellarius
„ Ravennatensis, atque Notarius Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ.

„ In camera prædictorum, & aliorum præsentia apprendit vir-
„ gam in manu sua Domnus *Tuto* Episcopus Sanctæ Adriensis Ec-
„ clesiæ, misitque eam in manu Domni *Henrici* Archiepiscopi, &
„ dixit, en refuto vobis Monasterium infrascriptum, cui vocabu-
„ lum est Sancti Petri, qui vocatur Maonis, cum omnibus rebus,

& pos-

„ & possessionibus, atque pertinentiis suis, de quo prædicto Mona-
„ sterio cartulam cautionis fecistis ad q. Benedicto antecessori meo
„ pro denarior. venetor. lib. sexaginta. Despondeo, & obligo me,
„ si unquam in tempore ego, vel mei successores, aut mea sub-
„ missa, vel submittenda persona vobis, vel vestris successoribus
„ de prædicto Monasterio, vel de rebus & pertinentiis suis in ter-
„ ris, atque possessionibus, vel de prædictis Libris denarior. Vene-
„ tor. sexaginta molestavero, vel inquietavero, aut requisitionem,
„ aut aliquod dolum, aut machinationem fecero, ego, aut mei
„ successores, aut mea submissa vel submittenda persona vobis,
„ vel vestris successoribus, quod daturo, & competituro in res-
„ ponsionem semper esse apud vos, vel successores vestros pro-
„ mitto.

„ Ego præfatus Tuto Episcopus Sanctæ Adriensis Ecclesiæ vo-
„ bis prædicto præsenti Domno Henrico Archiepiscopo Sanctæ Ra-
„ vennatensis Ecclesiæ, vestrisque successoribus ante omne litis ini-
„ tium, aut interpellationem pœnæ nomine auri solvendo libras
„ decem, & post solutam pœnam sic dico. Maneat hæc refutatio,
„ & obligatio firma & rata, & tunc dictus Domnus Henricus Ar-
„ chiepiscopus Sanctæ Ravennatensis Ecclesiæ ita accipiens dixit.
„ Ego rogo vos omnes seniores pro futuro Testimonio affirmare
„ hoc factum esse sub die trigesimo mensis Aprilis, & Indictione
„ quinta Ravennæ in prædicta camera.

„ Ego Tuto Episcopus Adriensis in hac refutatione, & obliga-
„ tione a me facta S. S.

„ Ego Guido Judex, & ego Johannes Vicedomino, & ego Ber-

„ nar-

„ nardus de Deotardo in hac refutatione , & obligatione rogati
„ teftes S. S.

„ Et ego Iddo de Graufa his quæ fcripta funt fuperius, interfui
„ & rogatus S. S.

„ Ego Deufdedi in dei nomine Tabellio Ravennæ , & Notarius
„ Sanctæ Ravennatenfis Ecclefiæ hanc paginam refutationis , &
„ obligationis poft robur Teftium complevi, abfolvi manu mea fub-
„ fcripfi, & cum folito mei Tabellioniatus figno, quo in fimilibus
„ uti foleo, communivi.

Poft *Benedictum* Ughellius & Sylveftrius quemdam *Athonem* prædicto anno 1067. numerant, quoniam eos fupramemoratus *Tuto* latuerat. Neque facilis conjectura fuerit quonam tempore is vixerit *Atho*, feu *Parzo*, atque an potentia Cæfaris fuerit intrufus, an vero legitimus Paftor extiterit.

X V.

HUBERTUS Adrienfis Epifcopus anno 1071. Concilio Romano, quod *Alexander* II. Papa convocaverat, interfuit, in quo excommunicatus *Samuel* invafor Ecclefiæ Ferrarienfis , & confirmatus *Gratianus* fuit. Ita ex Exemplo ejufdem Concilii authentico, quod adfervatur in Archivo fecreto Archiepifcopali Ferrariæ . Plura de eo non fuppetunt.

X V I.

PETRUS II. Fulginas ad hanc Sedem afcendit anno 1073.

ex Jacobillo in Bibliotheca Umbriæ, nec non ex Mandosio. Sub eodem Episcopo anno 1078. fundata fuit ad honorem Sancti *Petri* Apostolorum Principis Capella Titulo *Sanctæ Margaritæ* in Vico *Manezii*, nunc *le Presciane*, a Canonicis Sancti *Martini* de Variano, modo Sancti *Bellini*, & præsertim a Domino *Baldizone* Archipresbytero, *Auprando*, & *Laurentio* Presbyteris cum consensu Canonicorum ac Clericorum Plebis ejusdem, favore *Laurentii* prædicti cum donatione eidem Ecclesiæ facta tam in Spiritualibus, quam in temporalibus ad voluntatem Episcopi Adriensis, cum licentia canendi Missam super Altare ejusdem Capellæ cum fiducia ab Episcopo Adriensi obtinendæ confirmationis. Actum in Villa quæ vocatur *Manezio* in domo prædictorum Canonicorum, rogatum a Lanfranco Notario anno supradicto 1078. Kalendis Martii, Indictione prima. Sed renovatum fuit anno 1278. jussu Episcopi Adriensis, ut videbimus; & Autographum legitur in Regesto signato U. F. pag. 5. in Pomposiano Archivio. *Petrus* iste in Ecclesia Sancti Stephani P. M. Rhodigii Canonicos instituit, illam Collegiatam declaravit, ejusque Territorii decimas attribuit Canonicis quo alerentur commodius. Ita Ughellius penes quem sit fides; nam nullum profert documentum. Decessit anno 1091.

XVII.

JACOBUS hujus nominis primus Florentinus Adriæ Episcopus anno 1091. creatus est. Sedit annos tresdecim. Obiit 1104. de quo

Ughel-

Ughellius, Nicolius, & Silvestrius in Adrianis Paludibus pag. 156.

XVIII.

ISAAC I. ad hanc Sedem promotus est anno 1104. Hic, ut plurimi asserunt, Fractæ Castellum ædificavit. Vitam cum morte commutavit anno 1115. secundum Ughellium.

XIX.

PETRUS III. ex nobili Michelia Familia Veneta successit Isaacco, prout colligimus a laudato Muratorio in Documento anni 1116. Antiquit. Estens. part. 1. pag. 283; quod habet quoque Johannes Brunatius in Actis Manuscriptis apud nos adservatis S. *Bellini* Episcopi & Martyris pag. 31. Diploma est Henrici Imperatoris V. in favorem *Vitæ* Micheliæ Abbatissæ Sancti Zachariæ Venetiarum datum ,, die Dominica, quæ est IV. Id. Martii in regno Venetia- ,, rum in Palacio Ducis, scilicet in Camera ,, , ubi inter testes habetur *Petrus Michael Episcopus Adrianensis*, nimirum Adriensis.

XX.

GREGORIUS I. ad hanc Sedem Adriensem anno 1125. evectus est. Hic subscripsit privilegio Gualterii Archiepiscopi Ravennatis pro Monasterio Sancti Severi 1128. Post Gualterium subscribunt *Petrus Ficoclensis*, & *Gregorius Adriensis* Episcopi, pro ut

ex Annalibus Camaldulensibus Tom. 3. pag. 324. in Appendice. Insuper anno 1130; ex Actis in Archivio Episcopatus adservatis, donavit Gregorius collationem Parochialis Ecclesiæ Sancti Blasii de Canalis Adriensis Diœcesis Monasterio Sancti Romani de Ferraria Ordinis tunc Sancti Benigni Monasterii Fructuariensis; quæ modo per Moniales Sancti Danielis Venetiarum tenetur una cum Decimis ejusdem Loci; reservato tamen quod ad Synodum Diœcesanam veniat Rector, & pensionem annuam offerat Episcopo Adriensi pro tempore existenti, ut in compositione evidenter apparet. Defunctum anno 1138. Gregorium dicunt & tumulatum in Parochiali Ecclesia Sancti Martini, quæ postea Sancti Bellini vocari cepit ab ejusdem Sancto Corpore ibi condito. De quo sane Gregorii Sepulcro nullum hodierna die vestigium videtur.

X X I.

FLORIUS I. Veronensis in Gregorii locum sufficitur prædicto anno 1138. Nicolius pag. 81. in Historia Rhodigina de hoc Episcopo refert, nimirum illum ædificasse prædictæ Civitatis mœnia anno 1139. quæ modo etiam existunt. Hæc tamen opinio omnino incerta videtur viro eruditissimo Silvestrio pag. 157; propterea nimirum, quia evidenter non apparet usque ad illud tempus Episcopos Adrienses tenuisse temporale Rhodigii Dominium; scribit enim Antistites Adrienses Dominium spirituale & temporale totius Policinii regionis solummodo habuisse usque ad finem decimi, vel ad summum usque ad initium subsequentis Sæculi; quo tempore Esten-

ses

ses Marchiones ejusdem regionis dominio potitos fuisse, tradit idem Auctor; Episcopis vero solummodo spirituale Dominium remansisse, nec tamen subdit quomodo, vel qua de causa temporale Dominium amiserint.

XXII.

GREGORIUS II. anno Christi 1140. cum Peregrino Aquilejæ Patriarcha die prima Mensis Decembris Consecrationi Veronensis Ecclesiæ Sancti Georgii in Canonica, quæ & Sanctæ Elenæ dicitur, adfuit, ut ex sequenti Epigraphe ab Ughellio relata in Episcopis Veronensibus Tom. V. pag. 711. patet.

„ ✠ Anno ab Incarnatione Domini millesimo CXL. primo die „ Mensis Decembris Indictione III. *Peregrinus* Aquilejensis Patriarca „ reconsecravit hanc Ecclesiam extra, & intus more prædecessorum „ suorum *Maxentii* videlicet & *Andreæ* Patriarcharum, & in Sacello „ majoris altaris sua propria manu has reliquias, quarum nomina „ sunt hæc, imposuit; reliquiæ Sancti Georgii Martyris, S. Johannis „ Evangelistæ, S. Andreæ Apostoli, Sanctorum Martyrum Hermagoræ, „ & Fortunati, Sanctorum Illarii, & Titiani, Sanctorum Sebastiani „ & Cæsarei, Sanctorum Confessorum Zenonis, & Eusebii, Sanctorum Virginum Cæciliæ, Agathæ, Anastasiæ, Mariæ Magdalenæ. „ Erat autem cum eo *Ricobaldus* Cardinalis S. R. E., *Theobaldus* Veronensis Episcopus, *Manfredus* Mantuanus Episcopus, *Gilbertus* Feltrensis Episcopus, *Dethemarus* Tergestinus Episcopus, *Gregorius Adriensis Episcopus*; *Henricus* Abbas Sancti Benedicti in Layrone,

„ *Vi-*

„ *Vivianus* Abbas Sanctæ Mariæ in Organo, *Ubertus* Abbas Sancti
„ Petri Villænovæ, *Amicus Thomas* Præpositus Civitatis; *Oldelricus*,
„ *Johannes* Canonici Aquilejensis Ecclesiæ, *Gilbertus* Archipresbyter
„ Veronensis Ecclesiæ, cæterique Canonici. Annuam denique qua-
„ draginta dierum absolutionem, ac tertiam partem minimorum
„ peccatorum, & fraudem pœnitentium venientibus ad sacri hujus
„ Templi revolutam dedicationem, & octo dierum spatio fecit at-
„ que firmiter stabilivit.

Insuper anno 1148. consecravit idem *Gregorius* Altare Sancti Venerii in Ecclesia Monasterii Sancti Prosperi extra, & prope Regii mœnia, ut habetur ex Historia Translationis, & existentiæ corporis ejusdem Sancti Prosperi in prædicta Ecclesia, quam Ughellius Tom. II. pag. 293. in Episcopis Regiensibus refert. Item anno 1150. die prima Septembris Consecrationi Ecclesiæ Sanctæ Crucis Veronæ interfuit una cum aliis Episcopis ab eodem Patriarcha *Peregrino* perpetratæ, ut lapis insculptus declarat, & ex Ughellio etiam in Episcopis Veronensibus, ubi supra, habetur. In Metropolitana autem Ravennatensi anno 1151. adfuit Consecrationi per Archiepiscopum *Moysem* factæ de Joanne Monacho & Abbate Columbæ in Episcopum Placentinum 5. nonas Julii ex Rubeo lib. 5. pag. 334. *Gregorius* iste Adriæ Ecclesiam administravit saltem usque in finem anni 1154., quamvis nullam de eodem Antistite mentionem faciant Ferrettus in Catalogo MSS. Adriensium Episcoporum & Nicolius, utpote qui unum tantummodo Gregorium in medium proferunt. De hac tamen omissione quidquid sit, hujus *Gregorii* nomine secundi quamdam donationem habemus factam Monasterio Sancti Georgii in

in fusum seu de Fossano cujusdam Ecclesiæ Sancti Cypriani de Sarzano. Tenor hujus donationis est hujusmodi ex Archivo Episcopali.

„ ✠ In Dei Æterni nomine Amen. Anno ejusdem Redempto-
„ ris Nostri Millesimo centesimo quinquagesimo primo, die secun-
„ do exeunte Mense Junii, Indictione XIV. tempore *Eugenii* Pa-
„ pæ; *Corradi* Regis. In domo nostra Adriæ. Cum ab his, qui
„ Domino sub Monastica professione regulariter serviunt juste ali-
„ quid petitur, eorum siquidem petitio exaudiri, & ferventi desi-
„ derio debet effectui mancipari. Quapropter ego in Christi nomi-
„ ne Gregorius Domini favente clementia Sanctæ Adriensis Eccle-
„ siæ Episcopus licet indignus dilecto fratri *Petro* de Fluxu Sancti
„ Georgii, qui dicitur in fusum Ecclesiæ religioso Abbati, tuisque
„ successoribus, & fratribus in perpetuum substituendis. Tuis igitur
„ in Christo Frater Abbas Reverend. tuorumque fratrum petitioni-
„ bus annuendo communicato consilio fratrum nostrorum canonico-
„ rum concedimus & largimur & præsentis privilegii auctoritate
„ pro nobis nostrisque Successoribus vobis vestrisque Successoribus
„ domino regulariter servientibus in perpetuum confirmamus. Sci-
„ licet Ecclesiam Sancti Cypriani positam juxta villam, quæ vo-
„ catur *Serzani* cum prediis præfatæ Ecclesiæ pertinentibus. Nul-
„ lam aliam exactionem vel functionem seu dationem, nisi secun-
„ dum quod ibi inferius legitur a vobis exigendo. Cum Dominus
„ Episcopus præfatum Abbatem ad suum Capitulum sive ad
„ suarum Ecclesiarum consecrationem Domino volente convocaverit,
„ prænominatus Abbas venire cum suis paramentis debebit nisi ju-

„ sta

„ ſta cauſa impeditus vel a ſuo Epiſcopo fuerit convocatus. Nul-
„ lam cauſationem vel patrocinationem de eadem Eccleſia inve-
„ niendo niſi Adrienſem Eccleſiam. Quam privilegii paginam fir-
„ mam tenere pro me meiſque Succeſſoribus tibi tuiſque Succeſſo-
„ ribus promitto ſub pœna unius libre auri. Et ſoluta pœna hæc
„ privilegii pagina firma illibataque permaneat. Ad hæc fuerunt
„ teſtes Presbyter *Johannes*, presbyter *Adam*, presbyter *Dominicus*
„ de Villa Marciana, presbyter *Martinus* de Maneze, *Dominicus*
„ de Marielda de Adriano.

EGO GREGORIUS ADRIÆ EPISCOPUS.

„ Ego *Peregrinus* presb. manu mea.

„ Ego *Martinus* presb. manu mea.

„ Ego *Petrus* Diaconus manu mea.

„ Et ego Dominicus Chriſti miſericordia Sanctæ Adrienſis Eccle-
„ ſiæ notarius per juſſionem domini Epiſcopi ſcripſi atque comple-
„ vi.

Supradicta Eccleſia Sancti Cypriani, quæ adhuc juris eſt Monaſterii Sanctæ Crucis Venetiarum, mille & quingentis paſſibus a Rhodigio diſtat, poſita in Vico, qui dicitur *Serzani*. Ferrettus laudatus in Catalogo MSS. Eccleſiarum Diœceſis Adrienſis anno 1537. conſcripto animadvertit, quod in Tabulario Fratrum Sancti Franciſci de Rhodigio extat membrana anni 1292; in qua nominatur Monaſterium Sancti Cypriani, quod facile de hac Serzanenſi Eccleſia dictum putatur; prædia enim eorumdem Fratrum iis contermina ſunt, quæ hodie ad Monaſterium Sanctæ Crucis de Judaica Venetiarum attinent.

Sub-

Subscripsit *Gregorius* anno 1154. *Simeonis* Archiepiscopi Ravennæ Chirographo pro Canonicis Sanctorum Victoris & Joannis in Monte Bononiensis, ut ex Amadesio Tom. 3. pag. 127.

Per hæc autem tempora, & sub eodem Episcopo, nimirum anno circiter 1149, sexto Kalendas Decembris *Bellinus* Patavinus ex illustri Bertaldorum Familia, ut evidenter probat Brunatius in Actis ejusdem apud nos adservatis, ex Canonico Archipresbyter Cathedralis Patavinæ, nec non Civitatis prædictæ per annos supra viginti vitæ sanctissimæ Episcopus, incitantibus Ecclesiæ suæ bonorum injuste detentoribus, morsibus caninis discerptus, vel potius gladiis impie interfectus, dum causam dicturus Romam iret, sive, ut alii putant, dum ad suam Sedem Patavinam rediret, in vallibus Policinii *Rhodigii* non longe a Castro, quod *Fratta* dicitur, martyr occubuit. Hujus sacrilegi criminis Auctor fuit *Thomas* quidam *Capiniger*, seu de Capivaciis, qui justo juditio ad quasdam decimas persolvendas Ecclesiæ Patavinæ coactus, ira Diabolica commotus enorme prædictum facinus perpetravit. „ Exinde Sacrilegum istum „ licet humana juditia, inquit Cavacius lib. 2. pag. 65; impunem „ dimiserint, tamen divina ultio insecuta est: brevi enim ex di- „ tissimo miserrimus, obæratusque in carcere deperiit; & omnes qui „ ab eo processerunt pauperes vitam infelicissimam pertraxere „. Et in hoc ira dei fuit manifesta, ut nemo ejusdem sobolis ex utroque sexu potuerit intrare Ecclesiam Sancti *Jacobi* prope Frattam in Policinio Rhodigii, ubi in Arca marmorea olim sepultum fuit Sacrum Corpus ejusdem Martyris; cujus mortem in conspectu Domini pretiosam tunc plura miracula testata sunt. Hactenus celebris est

Sancti Viri intercessio pro his, qui rabidorum canum morsibus afflictantur; & ex antiqua traditione creditur ipsum pro Ecclesiastica libertate strenue functum inter Sanctos Martyres ab Eugenio III. Summo Pontifice relatum fuisse. Ab Episcopis deinde Adriensibus universæ Diœcesis Patronus declaratus fuit, ut superius diximus. Ita Ursatus lib. 4. pag. 313; Savonarola de laudibus Patavii Tom. 24. Rer. Italic; Scardeonius lib. 3. Col. 13; & Cælius Rhodiginus in lect. antiq. lib. 17. cap. 18; præter Cavacium ubi supra.

XXIII.

VITALIS Mediolanensis *Gregorium* II. excepit circiter anno 1160. Hic, inquit Nicolius, Ecclesiam Sancti Petri de Rhodigio extra muros cum Monasterio, quo Fratres *Humiliati* fuerunt inducti, non solum ædificavit, sed etiam huic Ordini multa bona obtulit, atque liberaliter donavit. Hujus fundationis & donationis documentum amissum est. Ex libro autem Visitationis nonnullarum Ecclesiarum Diœcesis Adriensis, qui in hac Cancellaria Episcopali habetur, pag. 3. Privilegium quoddam sive donationem ab eodem Episcopo factam videmus die undecima Octobris anni 1162. D. Gervasio Sancti Benedicti Venerabili Abbati, & D. Alyprando Sancti Cypriani Murani Priori trium partium totius Decimæ de Loco, qui vocatur *Costa*, atque totius Decimæ eorum *Donicatus*. Hujus Privilegii, seu donationis Chartam ipsam heic proferimus.

„ In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Anno ab In-
„ carnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo Federico

„ Im-

„ Imperatore imperante, die undecima intrante Menſe Octobris Indi-
„ ctione X. in Domo Sancti Cypriani. Quæ pietatis & Charitatis
„ intuitu venerabilibus locis conceduntur tam Divino quam Roma-
„ no jure confirmantur. Quapropter ego quidem *Vitalis* Dei gratia
„ Sanctæ Adrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & piis religioſis virorum
„ commotus precibus concedo atque largior tibi *Gervaſio* Sancti Be-
„ nedicti Venerabili Abbati, & D. *Alyprando* Sancti Cypriani Prio-
„ ri tres partes totius Decimæ de loco, qui vocatur *Coſta*, & De-
„ cimæ totius veſtri Donicatus illius loci nomine illius Eccleſiæ,
„ quam ibi ad honorem Dei Omnipotentis, & Adrienſis Epiſco-
„ patus Sancti Petri, & Beati Cypriani ſub nomine Beati Joannis
„ Baptiſtæ hædificare debetis. Quartam vero partem mihi &
„ meis Succeſſoribus reſervo ob defenſionem trium partium. Inſu-
„ per concedo Baptiſmum populi illius Eccleſiæ illic hædificandæ.
„ Ita tamen ut omni anno in feſtivitate Sancti Petri Clerici illius Eccle-
„ ſiæ Candellam unam cum duobus Veronenſibus per ſuum nun-
„ tium ſuper altare dirigant in die Jovis Sancti, Presbyter vel Cle-
„ ricus Eccleſiæ pro Chriſmate ad Epiſcopatum veniat pro ut alii
„ Clerici veniunt. Et ſi contingerit me, meoſque Succeſſores vel
„ noſtros nuntios inde tranſitum habere, pro qualitate loci honori-
„ fice nos ſuſcipere debeant. Et ſi Monachus vel profeſſus ibi mo-
„ rabitur ſit in correptione Prioris; & ſi non fuerit talis conditio-
„ nis in poteſtate ſit præfacti Epiſcopi. Præcipimus ergo ex parte
„ Dei Omnipotentis & omnium Sanctorum ſub pæna excomunica-
„ tionis interdicimus uti nulla perſona noſtri Epiſcopatus ſuper hac
„ noſtra conceſſione Eccleſiam Beati Joannis inquietare præſumat.

„ Testes præsentes interfuere

„ Abbas Honestus. Oddo Prior. Aldinus Petrus Regil. Notarius
„ Domini Episcopi Capellanus.

„ ✠ Ego *Vitalis* dei gratia Sancte Adriensis Ecclesie Episcopus
„ M.M. S.S.

„ Et ego Oddo Judex Notarius ut audivi a partibus rogatus sic
„ in scriptis redegi.

„ Commissa confirmatione Alexandri Pontificis die quinta Martii.

„ Ego Julius Gallus Notarius Curiæ Episcopalis Adriensis supra-
„ dictam Concessionem exemplavi ex Catastico supradicti Abbatis.

XXIV.

GABRIEL Cathedram eamdem conscendit anno 1168. Die vero sexta Idus Maii ejusdem anni Alexander III. Papa confirmavit sententiam Judicum pro prædicto Monasterio Sancti Cypriani de Muriano contra Abbatem de Pomposia, ac confirmavit quoque donationem supradicti Episcopi *Vitalis*. Bulla confirmationis est hujusmodi:

„ Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.

„ Dilectis filiis Rev. Abbati & Fratribus Sancti Benedicti supra
„ Padum salutem & Apostolicam Benedictionem.

„ Sicut ex quodam publico Instrumento comparet bonæ memo-
„ riæ *Vitalis* quondam Adriensis Episcopus zelo Dei commotus piæ
„ recordationis *Gervasio* quondam Abbati vestro, & *Aliprando* Prio-
„ ri Sancti Cypriani tres partes totius Decimæ de loco qui voca-

„ tur

„ tur *Costa*, & Decimam totius Donicatus vestri prædicti loci no-
„ mine illius Ecclesiæ quam ibi ad honorem Beati Joannis Bapti-
„ stæ ædificare fecistis pia largitione concessit; & quartam partem
„ ob defensionem trium partium sibi suisque Successoribus reserva-
„ vit; Baptismum insuper Populi illius Terræ Ecclesiæ illic ædifi-
„ catæ indulsit, hanc tibi, & Ecclesiæ tuæ auctoritatem reservans,
„ quod omni anno in Festivitate Beati Petri Clerici illius Ecclesiæ
„ Candelam unam cum duobus Veronensibus per Nuntium super
„ suum Altare ponere debeant, & in die Jovis Sancti, Clericus,
„ vel Presbyter illius Ecclesiæ pro Chrismate ad Episcopatum ve-
„ niat, sicut alii veniunt. Cum autem contigerit Episcopum A-
„ driensem, vel Nuntios suos inde transitum facere, ibidem hono-
„ rifice pro qualitate loci suscipi debeat & honeste tractari. Si
„ vero Monachus vel Professus ibi morabitur, erit sub correctione
„ Prioris; & si alterius fuerit conditionis in Episcopi potestate
„ manebit. Unde quoniam ea, quæ Sacris & religiosis locis legi-
„ time tradita sunt & concessa confirmare debemus, & concessio-
„ nem præfacti Episcopi, sicut ab eo rationabiliter factam dignoscitur
„ Vobis, & per Vos Ecclesiæ Sancti Cypriani auctoritate Apostolica
„ confirmamus, & perpetuis temporibus ratam manere decernimus.
„ Ad hæc cum olim inter *Madalbertum* Priorem Sancti Cypriani,
„ & Priorem Abbatem Sanctæ Mariæ de Pomposia super possessio-
„ ne loci, qui dicitur *Costa* in præsentia *Aldigerii* & *Joannis* de
„ Vado Ferrariensium Judicum Controversia verteretur, jam dicti
„ Judices auditis & cognitis rationibus utriusque partis præfactum
„ Abbatem Priorem cum Advocato Ecclesiæ suæ *Salinguerra*, Liti

„ per-

„ perpetuo abrenuntiare fecerunt, pro cujus abrenuntiatione a pre-
„ fato Priore XV. libr. Veronensis Monetæ receperit. Quam uti-
„ que Sententiam secundum rationem & arbitrium delegatorum
„ Judicum de consensu, & beneplacito utriusque Patris probatam,
„ sicut in authentico scripto exinde facto continetur, ratam & fir-
„ mam habemus & eam auctoritate Apostolica confirmamus.

„ Omissis &c.

„ Datum Beneventi VI. Idus Maii.

„ Concordat cum Originali existenti in Archivo Cancellariæ Pa-
„ triarchalis Venetiarum sub Littera Z Num. 3.

„ Ita est

„ Antonius Pulzonus Prothonot. Apostolicus supradictæ Cancella-
„ riæ Notarius in fidem exemplare fecit & subscripsit.

Bulla hæc utpote Beneventi data alligatur ad annum 1168., nulla enim hujus Summi Pontificis diplomata in Bullario Romano novissimo Edit. Rom. absque anni nota, Beneventi data, apposita fuerunt ad annum 1168. Ita & Balutius.

Gabriel una cum *Amato* Episcopo Ferrariense delegatus fuit anno 1171. Judex a laudato Summo Pontifice *Alexandro* III. super controversiam, quæ vertebat inter Episcopum Patavinum & Abbatem Sancti Petri Mutinensis super Monasterium S. Michaelis de *Candiana*: sententiam tulere Ferrariæ Mense Januario die Beati Vincentii in Ecclesia Sancti Stephani de *Ora Canalis* rogante *Dominico* Christi misericordia Sanctæ Adriensis Ecclesiæ notario, prout ex dissertatione 65. de Monasteriorum erectione, & Monachorum institutione apud Muratorium Tom. V. pag. 473. ubi legitur.

In

„ In nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno Christi Nati-
„ vitatis Millesimo centesimo septuagesimo primo, Indictione IV.
„ Mense Januario, die Beati Vincentii Civitate Ferrarie in Eccle-
„ sia Sancti Stephani de Ora Canalis temporibus Domini Pape
„ *Alexandri*, & *Federici* Imperatoris: in presentia testium, quo-
„ rum nomina subter leguntur, sententia talis lata est.

„ In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Nos
„ *Amatus* quidem Dei gratia Ferrariensis, & *Gabriel* eadem gratia
„ Adriensis, Episcopi super controversia, que vertitur inter *Episco-*
„ *pum Paduanum*, & *Abbatem* Sancti *Petri* Mutinensis super Mo-
„ nasterio de *Candiana* a Domino Papa Judices delegati rationibus
„ hinc inde auditis, & diligenter inspectis: Abbatis confirmationem
„ ejus & Ecclesiarum consecrationem; Monachorum promotionem,
„ curam Populi in Synodis, interdictis, & excomunicationibus
„ Parochianorum obedire Domino Episcopo competere pronuntia-
„ mus. Electionem vero Abbatum de persona honesta & religiosa
„ & illius maturitatis, per quam Ecclesia secundum Deum possit
„ reformari, si de aliena Ecclesia sit assumenda, cum consilio
„ Abbatis Sancti Petri, sine pravitate Conventui Ecclesie Can-
„ dianensis convenire pronuntiamus. Correctionem vero Monacho-
„ rum Ecclesie Sancti Michaelis suo Abbati assignamus. Quod si
„ facere neglexerit, Abbas Sancti Petri corrigat. Si vero Abbas
„ Sancti Michaelis, quod absit, publice & criminaliter peccaverit,
„ si per Abbatem Sancti Petri non fuerit correctus, ab Episcopo
„ Paduæ corrigatur. Quando Abbas Sancti Petri Candianam vene-
„ rit, ut Dominus recipiatur, si Frater ut Frater. Annuum cen-

sum

„ ſum de more perſolvat. Infra annum electionis inveſtituram ab
„ Abbate Sancti Petri recipiat, quia Eccleſiam Sancti Michaelis
„ in Candiana in alodio Sancti Petri ſitam eſſe cognovimus.

„ Prefate ſententie fuerunt teſtes preſentes *Vido* Archipresbiter
„ Ferrarienſis Eccleſie, Presbiter Johannes Diſcaltius, Presbiterinus
„ Prepoſitus, Paltotius Canonicus, & Regaulus Canonicus, Michael
„ Archipresbiter Conventus, Alexius Archipresbiter de Corna Cer-
„ vina, Presbiter Falco, Presbiter Opizo, Presbiter Albertus, Al-
„ debrandus & Bonus, Johannes Judices & Aſſeſſores, Albertus de
„ Alderio Judex, Marcellus Mutinenſis Judex, Wottus Judex, Fal-
„ co Cauſidicus, Deodatus Cauſidicus, & aliorum quam pluri-
„ rimum. Item Archipresbiter Sancti Fidentii de Millarino, &
„ Bochus Judex, Procuratores Epiſcopi Paduani.

„ Ego Dominicus Chriſti miſericordia Sanctæ Adrienſis Eccleſie
„ Notarius rogatus a prefatis Epiſcopis ſcribere ſcripture vinculis
„ adnexui.

Interfuit, & ſubſcripſit *Gabriel* anno ab Incarnatione Domini 1179. præſidente Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Sanctiſſimo Papa laudato *Alexandro* III. Pontificatus ejus anno vigeſimo, Menſe Martio, Indictione XI. quinta, ſeptima, & nonadecima die menſis ejuſdem Concilio generali celebrato in Baſilica Lateranenſi, quæ appellatur Conſtantiniana, tum ut forma aliqua electioni Pontificis apta præſcriberetur, qua deinceps ambitioſorum hominum reprimeretur audacia & inſolentia; tum etiam ut mores hominum ſchiſmatis & belli cauſa corrupti reformarentur, uſura, ſimonia, aliaque vitia, quæ longius ſerpebant, auctoritate Concilii coercerentur.

Ac-

Acceſſit præterea alia cauſa graviſſima, quæ Pontificis animum valde ad hoc Concilium convocandum permovit, nimirum hæreſis Catharorum, ſive Publicanorum, vel Paterinorum, quæ in Aquitania fuerat exorta & in dies latius manabat: quibus permulti rudes & imperiti, hæreticorum fraudibus decepti in Vaſconia, & in Albigeſio, atque in partibus Toloſanis fidem habebant; & neceſſe erat huic peſti deteſtabili remedium ſtatim adhibere. His igitur cauſis commotus *Alexander* Synodum Generalem prædictam congregari juſſit, ad quam non ſolum Epiſcopi ex Provinciis Europæ, verum etiam nonnulli ex Aſia Romam adventarunt, ſedata jam diſcordia, quæ inter Eccleſiam & Imperium occaſione Schiſmatis per *Octavianum* hæreſiarcham adverſus prædictum verum Pontificem introducti & per Succeſſores ejuſdem Octaviani, *Guidonem* Cremenſem, & *Joannem* Strumenſem longo tempore invaluerat.

XXV.

JOANNES III. Adrienſis Epiſcopus anno 1184. interfuit Conſecrationi Cathedralis Eccleſiæ Sancti *Geminiani* Mutinenſis a *Lucio III.* hoc anno ſolemniter peractæ. Cum enim Summus Pontifex ad Concilium quod ipſe celebraturus erat, proficiſceretur Veronam, atque ex itinere Mutinam veniſſet; exoratus a *Gerardo* Ravennate Archiepiſcopo, & *Arditio* Mutinenſi Epiſcopo, ac ejuſdem Civitatis Conſulibus novam prædictam Cathedralem ſollemniter dedicavit, atque conſecravit, ut extra muros Eccleſiæ tabula marmorea indi-

cat, quam hoc loco subiicimus, ex Peregrino Rossi sumptam in Vita Sancti Geminiani pag. 101.

„ ✠ Anno Domini 1184. Indictione secunda quarto Idus Julii, „ cum Sanctissimus Papa *Lucius* Tertius Mutinam veniret, & cum eo „ decem Cardinales *Teodovinus* Portuensis, *Theobaldus* Hostiensis, E- „ piscopi, *Johannes* Sancti Marci, *Laborans* S. Mariæ Transtiberim, „ *Pandulphus* SS. Apostolorum, *Hubertus* S. Laurentii in Damaso, „ Presbyteri Cardinales, *Arditius* S. Theodori, *Gratianus* SS. Cos- „ mæ, & Damiani, *Sofredus* S. Mariæ in via lata, *Abinus* S. Ma- „ riæ Novæ, Diaconi Cardinales, & alii. Dominus scilicet *Ghirar-* „ *dus* Ravennæ Archiepiscopus, Dominus Lugdunensis Archie- „ piscopus, *Albericus* Regiensis, *Johannes* Bononiensis, & „ *Johannes Adriensis* Episcopi: precibus Domini *Arditionis* Mutinæ „ Episcopi, Domini *Bonifacii*, *Hypoliti*, & Canonicorum, & „ Consulum *Alberti* de Savignano, *Bonacursii*, *Jacobi* de Gorzanis, „ *Rolandi* de Bojapontis, & Rectorum Lombardiæ, Marchiæ, „ & Romandiolæ, dictus Dominus Pontifex Ecclesiam B. Gemi- „ niani, ipsius Corpore ostenso, consecravit, & quadraginta „ dierum pœnam de criminalibus, de quibus confessi fuerint, & „ quartam partem venialium singulis annis in perpetuum omni- „ bus, qui in Festo ipsius honorem exibuerint, remisit. Secun- „ do Idus Julii, die Sabbati, cum dictus Pontifex in matutinis per „ portam Cittanovæ de Urbe exiret, sanctificavit eam, dicens: Be- „ nedicta sit hæc Civitas ab Omnipotenti Deo Patre, Filio, & „ Spiritu Sancto, & a Beata Maria semper Virgine, & a Beato „ Petro Apostolo, & a Beato Geminiano, augeat eam Dominus,

„ &

„ & crefcere, & multiplicare eam faciat. Et cum effet in capite „ Pontis de Fredo, & videret duo millia hominum, & plus cum „ cereis accenfis præcedentium, & fubfequentium, dixit: Gratias „ agimus vobis de honore, quem nobis tam magnanimiter exibui- „ ftis, & fignans eos, dixit: Benedicta fit terra, in qua ftatis, & „ benedicti fitis vos, & heredes veftri in perpetuum.

Legimus in libro 5. Decretalium Gregorii cap. 1. tit. 31. de novi Operis nuntiatione per hæc tempora ortam effe controverfiam inter Priorem Sancti Cypriani Venetiarum, & Clericos de *Rhodigio*, qui quamdam Capellam in Vico Ruperis Chreti ædificare ceperunt in præjudicium Ecclefiæ baptismalis de *Cofta* pertinentis ad Priorem fupradictum. Ex parte Ecclefiæ baptifmalis fuit denuntiatum opus Cleri de Rhodigio ne in præjuditium ipfius Ecclefiæ illam Capellam ædificarent. Ipfi fpreta omnino denuntiatione procefferunt in opere, unde fuper hoc ad petitionem Prioris Sancti Cypriani Venetiarum fuit commiffa & delegata a laudato *Lucio III.* Papa caufa *Gerardo Pomedello* Patavino Antiftiti, qui judicium, ut infra pronuntiavit ex Archivo Patriarchali.

„ In nomine Dei Eterni. Anno Nativitatis ejufdem millefimo „ centefimo octuagefimo quinto Indictione tertia die octavo exeun- „ te Augufto. Significato Domino Papæ ab Abbate Sancti Benedi- „ cti fuper Padum, & Priore Sancti Cipriani, quod cum XVIII. „ annis jam elapfis Ecclefiam baptismalem in memoriam Sancti „ Johannis in Villa, quæ Cofta dicitur, de licentia. V. quondam „ Adrienfis Epifcopi conftruxiffent, Clerici de Rodico in eadem „ Villa per appellationem ad Sedem Apoftolicam interpofitam &

„ denuntiationem novi operis Ecclesiam novam construere in detri-
„ mentum veteris incepissent, nobis Gerardo Dei gratia Paduano
„ Episcopo dedit in mandatis, ut vocatis partibus, & rationibus
„ hinc inde plenius intellectis causam ipsam appellatione remota
„ fine canonico decideremus. Ideoque nos Gerardus Dei gratia Pa-
„ duanus Episcopus de eadem causa cognoscentes inter Jcnardum
„ Priorem Sancti Cipriani agentem pro se & Abbate Sancti Be-
„ nedicti, & inter Rev. Archipresbyterum Adriensem Procurato-
„ rem Clericorum de Rodigo, & pro ipsis respondentem, auditis
„ rationibus utriusque patris & diligenter inspectis habito conscilio
„ multorum sapientum tam Clericorum, quam laicorum condempna-
„ mus predictum Rev. Procuratorem Clericorum de Rodigo per i-
„ psos clericos de Rodigo predicto Priori, ut funditus destruant
„ totum opus, unde lis est, suis expensis usque ad quatuor men-
„ sese, xceptis ab hac destructione pariete orientali cum cuva, &
„ parietibus Septentrionali, & Meridiano usque ad mensuram unius
„ pasi per longum a tribus manibus deorsum usque ad terram,
„ quia tantum intelleximus fore edificatum ante novi operis de-
„ nuntiationem.

„ Actum in Palatio Episcopali Padue.

XXVI.

ISAAC II. ex Abbate Vangaticiensi promotus fuit ad Infulam Adriensis Ecclesiæ circiter anno 1186. Revera in Charta Archivi Pomposiani in dicto anno mentio est hujus *Isaachi* Episcopi Adriæ, qui

qui præſens fuit præſentationi Canonis ſoluti *Gerardo* Archiepiſcopo Ravennati a *Dindolo* Converſo Pompoſiano nomine *Walfredi* Abbatis ejuſdem Monaſterii, ut ſignificavit nobis amantiſſimus noſtrum vir P. D. *Placidus Federicius* Monachus Caſſinenſis non ſemel laudatus. Memoratur etiam idem *Iſaac* in Chartis anni 1195. die 10. Junii in Rhodigio ſub porticu Domus Marchionis, qui ab *Azone VI.* Marchione Eſtenſi nonnullas Decimas recuperavit pro Cambio Caſtri & Curiæ Adriani, ut infra videbimus. *Gerardo* Notario ſcribente, Indict. XIII., die V. exeunte Decembri ejuſdem anni 1195., cum indictio Eccleſiæ incipiat a Feſto Nativitatis anni antecedentis, dicendum eſt hanc inveſtituram Curiæ Adriani ab Epiſcopo *Iſaac* Adrien. *Azoni* Marchioni Eſtenſi, excepto de Nemore, factam eſſe anno antecedenti 1194. ſecundum vulgarem ſupputationem in Caſtro Adriani, *Manfredino* Sacri Palatii atque Domini *Federici* Imperatoris notario ſcribente. Immo eadem die quinta exeunte Menſe Decembri 1195. Indict. XIII. in Caſtro Argentæ idem Antiſtes inveſtivit *Azonem VI.* Marchionem Eſtenſem ad Pheudum ſecundum quod ejus Anteceſſores olim tenuerunt & poſſederunt a dicto Epiſcopatu Adrienſi, de Caſtro Adriani, & pertenentiis dictæ Curiæ Adriani teſte *Gullielmo* Archiepiſcopo Ravennatenſi, atque *Bartholomæo* ejus nepote, cæteriſque Civibus Ferrarienſibus una cum *Gerardo* notario ibi præſentibus, rogato Jacomino *Henrici* Imperatoris notario. Hæ Chartulæ excerptæ ex Priſciani Collectaneis Manuſcriptis in Bibliotheca Eſtenſi adſervatis a Muratorio in Diſſertatione 36. Antiquit. Ital. Tom. III. col. 209. editæ fuere. Revera eædem etiam reperiuntur in Tabulario Epiſcopatus Adrienſis Cataſt. ※ pag. 217., quæ ſunt hujuſmodi.

„ Die

„ Die Sabbati decimo intrante Menſe Junii in Rodigio ſub por-
„ ticu *Domus cuporum* Marchionis in præſentia Presbiteri *Mediiab-*
„ *batis*, Presbiteri *Johannis* Capellani Epiſcopi, Presbiteri *Mauriſii*,
„ *Placiti* Clerici, *Manfredini* de Timeclo, *Taurelli* de Anguello,
„ *Bartholomei* de Martito, *Turſo*, *Gregorii* ejus fratris, *Petri* de
„ Caſtileno, *Johannis* Dominici ejus fratris, *Jacomini* de Giſia, *Gui-*
„ *zardini* Opicii de Mara, *Marii*, & aliorum. Ibique *Dominus A-*
„ *zo Eſtenſis Marchio* pro Cambio Caſtri Adriani cum ſuis perti-
„ nentiis, quod *Dominus Iſaac Adrienſis* Epiſcopus ibidem Domino
„ Marchioni ad Pheudum dederat, in manum ipſius Domini Epiſ-
„ copi refutavit totam ſuam Decimam, quam habet, vel habere
„ potuerit in terra & aqua in pertinentia *Mardimagi*; & totam
„ Decimam ſuam, quam in pertinentia Rovigii a latere Sanctæ
„ Juſtinæ in terra & aqua novam & veterem habet vel habere
„ potuerit, excepta Decima pertinentiæ Grumpi, & decimam per-
„ tinentiæ Conchaderamo. Refutavit ſimiliter totam Decimam,
„ quam habet, vel habere poterit in pertinentia Arquadæ. Et in
„ omnibus prædictarum Decimarum refutationibus, a ſuis Majori-
„ bus, vel ab eo infeudata exceptuavit. Et dedit Catanium ad dan-
„ dam tenutam prædictarum Decimarum Domino Epiſcopo jam di-
„ cto. Inſuper nominatus *Dominus Azo* ſub pena centum librarum
„ Imperialium per ſe ſuoſque heredes Adrienſi Epiſcopo præfato,
„ ſuiſque Succeſſoribus, ſtipulatione promiſit prædictas Decimas ab
„ omni homine legitime defendere & auctorizare.

„ Actum eſt hoc anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo
„ quinto Indict. XIII.

„ Ego

„ Ego Gerardus Sacri Palatii Notarius interfui & hoc breve „ ſcripſi.

Inveſtituræ autem Caſtri atque Curiæ Adriani, nunc *l' Iſola d' Ariano* datæ ab eodem *Iſaacho* Epiſcopo Adrienſi *Azoni* VI. Marchioni Eſtenſi ſunt ſequentes.

„ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ „ Nativitatis Milleſimo centeſimo nonageſimo quinto die V. exeun- „ te Menſe Decembris, Indictione XIII. in præſentia Sacerdotum „ *Johannis* Capellani Adrienſis Epiſcopi, *Oderici* Monteſilicis, *Bar-* „ *tholomei* de Villa Suſinelli Ferrariæ, *Ottolini* de Maxnardo, *Uber-* „ *tini* Claudi, *Fulcolini* ejus filii, *Panis* de Campo Vicentiæ, *Ge-* „ *rardi* Notarii, *Gambarini* da Caſtello Veronæ, *Odonis* filii *Albe-* „ *rici* de Fonta de Monteſilice, *Henrigeti* de Saratico, *Alberici* de Fa- „ ventia, & aliorum multorum. In prædictorum præſentia *Domi-* „ *nus Iſach Adrienſis Epiſcopus* inveſtivit *Dominum Azonem Eſten-* „ *ſem* Marchionem ad Feudum, ſecundum quod aliud ſuum Feu- „ dum ab Adrienſi Epiſcopatu habet de tota Curia, & Cura, ſeu „ pertenentia Adriani, excepto de Decima & poſſeſſionibus Eccle- „ ſiarum prædictæ Curiæ, & pertinentiæ Adriani, & excepto de „ Nemore, quod Epiſcopus, & ſui Succeſſores convenienter tantum „ quantum ad utilitatem Adrienſis Epiſcopatus ſufficiat, habere de- „ bet. Ita tamen quod prædictus Marchio nec ejus hæredes, totam „ prædictam Curiam vel majorem partem infeudare non poſ- „ ſit. Et hoc totum fecit Epiſcopus ad hoc, quod prædictus Mar- „ chio conveniens cambium, ſecundum ſtatutum erat Epiſcopo de „ tota jam dicta Curia ſeu Cura dare debeat.

„ Actum in Castro Adriani ante Ecclesiam Sancti Nicolai. Et „ sciendum, quod jam dictus Episcopus dedit Taurellum filium „ Agolini de Rodigio, qui mittat jam dictum Marchionem in te- „ nutam de jam dicto Feudo.

„ Ego Manfredinus Sacri Palatii atque Domini Frederici Impe- „ ratoris Notarius, hanc Cartam, ut supra legitur[1], jussu prædi- „ ctorum Dominorum scripsi & firmavi.

„ In nomine Domini. Millesimo centesimo nonagesimo quinto, „ Indictione XIII. Die quinto exeunte Mense Decembris. Literæ „ recordationis ad memoriam habendam, qualiter *Dominus Ysach* „ *Adriensis Episcopus* investivit *Dominum Azonem Marchionem* ad „ Feudum, & nomine Feudi, & recipientem pro se & suis here- „ dibus, secundum quod sui antecessores olim tenuerunt, & posse- „ derunt a dicto Episcopatu Adriensi, de Castro Adriani, & per- „ tinentiis dictæ Curiæ Adriani, excepto de Decima dicti Castri „ Adriani: quam Decimam tenuit in se, & excepto de Nemore „ quod Episcopus & sui antecessores convenienter tantum quantum „ ad utilitatem Adriensis Episcopatus sufficiat. Et etiam investivit „ dictum Dominum Azonem de omnibus infrascriptis Decimis. „ Inprimis de tota Decima Serzani. Item de medietate Decimæ „ Mardimagi. Item de tota Decima Busii. Item de tota Decima „ Gragnani. Item de tota Decima Concaderamo. Item de tota „ Decima Roverdecreti, ubicumque consistant. Qua investitione „ facta prædictus *Dominus Azo Estensis Marchio*, nomine antedicto, „ omnibus capitulis Fidelitatis sibi expressis, prædicto Domino E- „ piscopo & suis Catholicis Successoribus, & Ecclesiæ Adriensi, „ ta-

„ tactis sacrosanctis Evangeliis, osculo pacis inter eos, fidelitatem „ juravit.

„ Et hoc actum est in Castro Argentæ. Ad hoc fuerunt testes „ Dominus *Gulielmus* Dei gratia Sanctæ Ravennatensis Ecclesiæ „ Archiepiscopus, *Petrus* bonus de Paganis, *Oldericus* Montissilicis, „ *Bartholomeus* Nepos dicti Archiepiscopi, *Otholenus* de Mainardo, „ *Ubertinus* Claudi, *Fuscolinus* a Filiis, *Gerardus* Notarius, & alii „ plures.

„ Et Ego *Jacominus* Domini *Henrici* Imperatoris Notarius ad „ hæc præsens interfui, & ut vidi & audivi atque intellexi, ro- „ gatus scribere scripsi.

At pro prædicta acquisitione discrimen fuit ortum anno 1198. inter *Azonem Estensem* Marchionem, & tutorio nomine sui Patrui Domini *Bonifacii* filii quondam Domini *Obizonis Marchionis de Este* ex una parte, & *Sindicos Communis Adriani* ex altera. Petebat enim *Azo* Marchio Estensis a Communi Adriani propter acquisitum, quod recenter ab eodem *Isaacho* Adriense Episcopo jure Pheudi fecerat, omnem jurisdictionem cum *Placitis*, *Bannis* &c., & *Albergarias* &c. & *Regalia* omnia &c., & novalia omnia, sive *Ampla* &c., & Flumina navigabilia, nec non alia jura &c. Contra prædicti Sindici Adriani pro Communi præfatam Jurisdictionem fuisse Episcopi Adriensis, & ab eo Marchioni Azoni fuisse concessam in eorum præsentia, exceptis Decimis & spiritualibus, confitebantur. Pollicinos vero & Flumina navigabilia, ac si qua alia, quæ ad publicum pertinent, jure Pheudi ab Episcopis sibi pertinere: & unum hominem tantum per singulas Domos Adriani prædicto Marchioni jurare

debere pro ipſa conceſſione reſpondebant. Remiſſa igitur hæc controverſia in *Jacobum de Fontana* & *Gondoaldum* electos Arbitros a Domino *Azone Eſtenſe Marchione* pro ſe, & pro *Bonifatio* Patruo ex una parte, atque a *Martino* de Venerando, nec non *Joanne* de Balbo, & *Luglano* de Guriſio Sindicis pro Communi Adriani ex alia, ut litem cognoſcerent, ac definirent, quæ inter eos vertebatur ſecundum quod jus & ratio exigebant, aut per amicabilem compoſitionem inter eos finem liti ponerent. Viſis itaque & auditis rationibus, confeſſionibus, atteſtationibus, inſtrumentiſque utriuſque partis omnibus, quæ ante ſupradictos Arbitros fuere propoſita & allegata, laudaverunt omnino atque definiverunt, pro ut conſtat ex ſequenti Documento Sententiæ eorumdem Arbitrorum electorum relato a ſæpe memorato Muratorio in Diſſertatione XIX. Antiquit. Medii Ævi Tom. 2. pag. 85., quod eſt hujuſmodi:

„ In Dei Æterni nomine. Anno Dominicæ Nativitatis Mileſimo
„ centeſimo nonageſimo octavo, tempore *Innocentii* Electi Papæ,
„ & nemine Imperatore imperante in Italia, die III. exeunte Men-
„ ſe Januarii, Indictione I. Ferrariæ in Epiſcopatu. Cum inter *Do-*
„ *minum Azonem Eſtenſem Marchionem*, & tutorio nomine ſui Pa-
„ trui *Domini Bonifatii* filii quondam Domini *Obizonis Marchionis*
„ *de Eſte* ex una parte, & *Martinum* de Venerando, & *Johannem*
„ de Balbo, & *Luglanum* de Guiriſio, Sindicos a Communi Adria-
„ ni in hac cauſa conſtitutos pro ipſo Communi de Adriano ex a-
„ lia, ſub noſtræ cognitionis examine controverſia verteretur, in
„ qua prædictus *Dominus Azo Marchio Eſtenſis* ſub nomine proprio,
„ & tutorio nomine ſui Patrui domini *Bonifacii*, a prædictis perſo-
nis

„ nis pro Communi Adriani propter acquisitum, quod noviter a „ *Domino Isacho Adriense Episcopo* jure Feudi fecerat: Petebat, scilicet, omnem jurisdictionem cum *Placitis*, *Bannis*, tam super adulteriis & assaltis & seditionibus, quam super omnibus aliis, „ quæ ad Banna pertinent: & *Albergarias*, quotiescumque inde „ transitum habuerint; & *Regalia* omnia, & omnia integre, sicut „ ad jurisdictionem pertinent: & *Novalia* omnia sive *Xampla*: & „ *Flumina* navigabilia: & quod nemo debebat in Pollicinis venari „ vel aucupari, sine eorum licentia, vel sui Nuntii: & si cum eorum licentia fieret, debebant habere *Aprorum* capita, & quarteria, & coria Cervorum. Item dicebat, omnes domos, quæ sitæ „ sunt super aggerem Castelli Adriani, & quæ sunt apud Prognedum, „ indistincte ad eos pertinere, & pensionem earum domorum Communi Adriani a possessoribus a triginta annis hucusque solutas, „ & similiter quod pro eis acquirendis datum erat Communi Adriani, quod esse poterat centum & quinquaginta libræ Venetorum. Item dicebat, unumquemque hominem de Terra illa sibi „ fidelitatem contra omnem hominem facere debere, & singulis „ annis ibi generale Placitum facere debere, & circa Festum Sancti Martini omni anno inde habere debere tres Libras Venetorum & sex solidos; & quotiens inde Ravennam transire vellent, „ homines illius loci eos illuc portare debere: & unumquemque „ hominem in die Sancti Stephani unum panem & duos denarios „ in panerio præstare debere, & septimam partem omnium anguillarum similiter sibi dare debere; & ad eos Justitias illius loci „ pertinere, ut per eos mensuras & pondera habeant. Et si quid

„ de ponderibus vel pro ponderibus & menſuris exigant, ſuum eſ-
„ ſe debere; & eos cum honore & obedientia quotieſcumque ad
„ Terram eſſent habituri acceſſus, eos ſecundum formam libellorum
„ recipere debere: & pro exactorum extimatione ponderum &
„ menſurarum petebat centum quinquaginta Libras Venetorum, di-
„ cens, hæc omnia taliter Domino Adrienſe Epiſcopo pro Eccleſia
„ Sancti Petri de Adria pertinuiſſe, & ſibi ab eo conceſſa fuiſſe.
„ Itemque pro domo ipſorum Marchionum ab eisdem perſonis pro
„ Communi Adriæ petebat Nemus Adriani & mille Libras Vene-
„ torum pro extimatione fraudis ſtirpatici a triginta annis uſque
„ nunc ſibi factæ; & neminem in ipſo Nemore debere venari vel
„ aucupari ſine eorum licentia vel ſui Nuntii. Et ſi cum
„ eorum licentia vel ſui Nuntii facerent, Aprorum capita
„ & quarteria & coria Cervorum ſua eſſe debere dicebat:
„ Et quingentas Libras Venetorum pro extimatione fraudis
„ talis Nemoris, quam eis fecerant. Et a Communi ſimiliter
„ duas amphoras vini peroptimi, ut in Terra illa poſſet in-
„ veniri ſingulis annis debere habere. Et quotieſcumque cauſa ve-
„ nandi ad Terram illam ad Nemus intrare vellent, omnes homi-
„ nes illius loci pro voluntate eorum ad portus venire debere, &
„ accipere perſonas & equos & canes & retia, intuſque portare &
„ eos prima die ſuis expenſis cum omnibus ſociis hoſpitari, ſequen-
„ tibus autem diebus cum eis perſonas eorum in venando debere
„ laborare, quoaduſque ibi pro venatione illa ſtarent, & cum exi-
„ re vellent, eos ſimiliter ad portus reducere debere allegabat. Et
„ contra prædicti Sindici Adriani pro Communi, præfatam Juriſdi-
„ ctio-

„ ctionem fuisse Episcopi Adriensis, & ab eo Domino *Marchioni* „ *Azoni* fuisse concessam in eorum præsentia, exceptis Decimis & „ spiritualibus confitebantur. Pollicinos vero & Flumina navigabi- „ lia, & si qua alia, quæ ad publicaria pertinent, jure Feudi ab „ Episcopis sibi pertinere: & unum hominem tantum per singulas „ Domos Adriani prædicto Marchioni jurare debere pro ipsa con- „ cessione, respondebant. Ipsumque Marchionem semel in anno de- „ bere sibi facere Placitum generale non diffitebantur: & septi- „ mam partem omnium anguillarum ipsum debere habere, & Ju- „ stitias illius loci & mensuras & pondera per ipsum Episcopum „ Marchioni pertinere protestabantur. Cetera vero, quæ præfatus „ Dominus Marchio per concessionem *Domini Isachi Episcopi* sibi „ pertinere dicebat, nequaquam ad ipsum spectare proponebant, im- „ mo prorsus negabant. Præterea vero præfati Sindici Adriani ne- „ mus petitum non esse Marchionis, sed eum nemus se per Feu- „ dum habere ab Episcopo prædicti proponebant. Et quia Commu- „ ne Adriani dare solebat prædictis Marchionibus unum pastum „ per singulos annos, & duas amphoras vini, & canes, equos, & „ retia ad illud nemus portabant, & cetera servitia, quæ eis pro „ ipso nemore facere faciebant, non alia de causa hoc faciebant, „ nisi quia præfati Marchiones tueri & defendere præfatum nemus „ illis dicebant, coram nobis allegabant.

„ Nos *Jacobus* de Fontana, & *Gondoaldus* electi Arbitri a Do- „ mino *Azone* Estense Marchione pro se & pro *Bonifacio* Patruo „ ex una parte, & a *Martino* de Venerando, & *Johanne* de Bal- „ bo, & Luglano de Gurisio Sindicis pro Communi Adriani ex a-

„ lia„

„ lia, ut cognoſceremus & definiremus litem, quæ inter eos ver-
„ tebatur, ſecundum quod jus & ratio exigent aut per amicabilem
„ compoſitionem inter eos finem liti poneremus: viſis & auditis
„ rationibus, confeſſionibus, atteſtationibus, & inſtrumentis utriuſ-
„ que partis omnibus, quæ ante nos ſunt propoſita & allegata, di-
„ ligenti ſtudio & meditatione conſideratis, habitoque multorum
„ Sapientum conſilio, & partibus ad invicem inter ſe penam centum
„ Librarum Imperialium, niſi noſtro ſtarent Arbitrio, compromit-
„ tentibus, taliter inter eos amicabili compoſitione laudamus, &
„ definimus. Dicimus namque, omnem Juriſdictionem Curtis Adria-
„ ni in *Placitis*, *Bannis*, *Ponderibus*, *Menſuris*, *& Juſtitiis* tam ſu-
„ per adulteriis & aſſaltis & redibitionibus quam ſuper omnibus
„ aliis, quæ ad Banna ſpectant & omnia integre, ſicut ad Juriſ-
„ dictionem pertinent, & ſeptimam partem omnium anguillarum,
„ & Placitum generale, ſecundum tempora conſueta ſemel in an-
„ no, præfato Marchioni Azoni propter acquiſitum Domini Epiſcopi
„ *Iſachi*, ſecundum prædictorum Sindicorum confeſſionem coram no-
„ bis factam, debere pertinere. De Policinis vero, Tumbis Suven-
„ tinenſium, Xamplis, Fluminibus navigabilibus, & de aliis, quæ
„ ad publicaria ſpectant, prædicto Marchioni *Azoni* pro ſe & Bo-
„ nifacio Patruo ſuo duas partes in integrum, & Sindicis pro Com-
„ muni Adriani tertiam inſolidum (ita tamen, ut eam tertiam
„ partem a prædictis Marchionibus per Feudum teneant, ac ei fi-
„ delitatem faciant) aſſignamus. Tali vero conditione & pacto,
„ quod ſi qua partium id, quod ſibi pro rata contigerit, laborare
„ voluerit, non ideo minus ſuam & alterius poſſit laborare partem;

„ &

„ & quæ pars laborare cessaverit, justum cambium ab alia parte
„ recipere teneatur. Præterea vero pro Domo Marchionis duas par-
„ tes totius nemoris Adriani cum omnibus suis pertinentiis & late-
„ ribus, secundum quod continetur in emphiteusi & Libellis Mar-
„ chionum, præfato Domino Marchioni Azoni, & jam dictis Sin-
„ dicis pro Communi Adriani tertiam partem ejusdem nemoris cum
„ suis cohærentiis, ita tamen, ut illam tertiam a prædictis Mar-
„ chionibus per Feudum habeant, assignamus. Pro qua tertia parte
„ prædictos Sindicos pro Communi Adriani ipsi Marchioni per sin-
„ gulos annos duas amphoras vini navigabilis & unum pastum, o-
„ mni anno præstare debere, ipsiusque Marchionis canes, equos, &
„ retia & personas ad nemus prædictum ire volentes causa venan-
„ di, portare ad terram, & reducere, Marchionis expensis præci-
„ pimus salvis rationibus omnium aliorum in prædictis locis haben-
„ tium. De omnibus aliis petitionibus superius coram nobis factis
„ perpetuum finem sub pena centum Librarum Imperialium inter
„ eos esse jubemus. Ad hæc fuerunt testes præsentes Dominus *Pe-*
„ *trus* de Alberto de Aldigerio, *Ottolinus* de Mainardis, *Gerardus*
„ de Banbono, *Albertus* de Luxia Judex, *Advocatus* Judex, *Mai-*
„ *nardus* Judex, *Gerardus* Contrarius, *Ugitio* de Contrariis, *Gerar-*
„ *dus* de Rithicerio, *Transimundus* Judex, *Jacobus* a Parte, *Jacobus*
„ Pagani, *Egidius* Blasii Judex, Andreas Judex, *Ugolinus* Notarius,
„ *Marchoaldus*, *Tomasinus* de Contrariis.

„ Ego *Aribertus* Dei gratia Sacri Palatii Notarius præsens, ut
„ audivi & intellexi, scripsi.

Quare inter *Gabrielem* & Petrum IV. Episcopos Adrienses locan-

dus

dus est *Isaac* hujus nominis II. eumque distinguere oportet ab *Isaac* I., qui ante Sæculum præfatam Ecclesiam regebat, scilicet 1104. Prima *Petri IV.* memoria habetur ad annum 1207. apud Colletum (Tom. X. Ital. Sacr. Col. 198.) in Additionibus ad Episcopos Adrienses, nisi inter *Isaac* & *Petrum* alius Episcopus medius fuerit, quod omnino incertum est, quia in humanis *Isaac* prædictus erat etiam anno 1198., pro ut vidimus supra in sententia Arbitrorum circa regalia jurisdictionemque ejusdem Castri Adriani, inter Commune dicti Castri, & inter *Azonem* Marchionem Estensem; At satis de hoc *Isaacco* Episcopo.

XXVII.

PETRUS IV. Presbyter Sancti Hieremiæ Venetiarum ad eamdem Sedem pervenit anno 1203. circiter, ut ex Flaminio Cornelio Viro clarissimo in Ecclesiis Venetis Tom. XV. pag. 339. Hic Antistes apud *Ubaldum* Archiepiscopum Ravennatensem a suis Canonicis accusatus fuit, quod simoniace Cathedram Adriensem ascendisset; & dum esset Episcopus *Thomæ* Subdiacono vulnus intulisset, posteaquerem sacram fecisset. In judicium propterea vocati sunt *Malgaritus* Subdiaconus & Canonicus, ac *Adam* Sacerdos ab Episcopo, qui per duodecim Apostolos, & quatuor Evangelistas, atque Ordinem suum juravit, se illos ab offitio non suspensurum; pro ut ex Indice Scripturarum Archivi Archiepiscopalis Ravennatis, nec non ex instrumento notato Littera *D* & numero 1051., in quo inquisitio hujusmodi asservatur. *Petrus* pariter in Aditionibus ad Ughellium

lium habetur, quem unum & eumdem fuiſſe cum allato in ſententia aſſerit Continuator; quamvis cum ſola initiali Littera *P.* adnotetur in quadam Innocentii III. Papæ delegatione anno 1207; ut una cum Ugone Epiſcopo Ferrarienſe approbet commutationem Caſtri Leniaci cum Caſtro Montifortis ab *Aldelario*, ſeu *Adelardo* Cattaneo de Lendinaria, vel de Adelardis, ut alii volunt, S. R. E. Cardinali, & Veronenſi Epiſcopo factam, ut ex laudato Ughellio Tom. 5. pag. 767. manifeſte apparet.

XXVIII.

ROLANDUS ex vetuſta ac nobili Patavina gente de Zabarellis, alias de Sabatinis natus, ut ex Ungarello in Chronico MSS. apud Alexandrum Camerinum de Familiis Patavinis, *Petro* IV. ſucceſſit anno 1210. circiter, de quo nullam Ughellius mentionem fecit; ſed tamen in Catalogo Epiſcoporum Adrienſium in hac Cancellaria Epiſcopali ſervato reperitur. Sequentes autem memorias ad eundem Pontificem pertinentes ex Tabulario nobiliſſimo Aſceterii S. Silveſtri Monialium Ordinis Sancti Benedicti Ferrariæ habemus, quas ad nos miſit ſæpe laudatus Federicius, quaſque hic damus, ex quibus palam fit *Rolandum* controverſiam habuiſſe cum earumdem Abbatiſſa.

„ Anno Domini MCCXX. Indictione VIII, tempore Honorii
„ Papæ III. Kalendis Februarii in preſentia illorum, quorum nomi-
„ na ſunt hæc, presbyter *Bonus Jacobus*, *Valerius* Mercatellus Cle-
„ ricus. *Rabuſcius Nicolettus* Sindicus Eccleſiæ Sancti Silveſtri de

„ Ferraria, sentiens se gravatum a sententia lata per Dominum „ Clogiensem Episcopum ex delegatione Domini PP. cognoscentem „ de Causa, quæ vertebatur inter Dominum Episcopum Adriensem „ & Dominam Abbatissam Sancti Silvestri, nomine ejusdem Abba„ tissæ; is Dominum PP. appellavit & instanter postulavit „ viva voce. Cui appellationi dictus Episcopus Clogien. detulit; „ actum est Clogiæ in Capitulo Episcopatus ejusdem in presentia „ predictorum testium.

„ Ego *Mattheus* Urb. aule imp. notarius omnibus interfui, & „ ut, superius legitur rogatus scripsi, & signavi.

„ Anno Domini MCCXX. Indictione VIII. Die Lunæ XIII. in„ trante Mense Aprilis in presentia Domini *Venturæ* Archipresbite„ ri de Rodigio , Temoni Scriptoris Dominæ Comitissæ Estensis „ *Gerardi* de Busio, & aliis. Ibique *Rainerius* frater *Siginci* de ora „ Sancti Silvestri de Ferraria represenṭavit, & dedit Domino *Ro„ lando Dei Gratia Adriensi Episcopo* ex parte Prioris Sancti Roma„ ni de Ferraria, & Archipresbiteri de Gaibana litteras duorum „ sigillorum inclusas, silicet unius sigilli, in quo sicut in forma ce„ rea apparebat, designatus erat miles cum scuto ad collum & lan„ cea cum confalone in manu sedens super equo , & in alio erat „ forma rose designata superscriptio sigilli, in quo erat miles for„ matus, dicebat sigillum Sancti Romani militis & Martiris; & su„ perscriptio sigilli alii dicebat Sigillum Archipresbiteri de Gaiba„ na, quas litteras dictus Dominus Episcopus recepit.

„ Actum Rodigio sub porticu Domus Marchionis.

„ Ego Ubertinus Sacri Palatii Notarius interfui, & hoc ut vidi „ & intellexi rogatus scripsi.

Anno

Anno vero posteriori nimirum 1221., Indictione decima nona, die decima quinta intrante Mense Augusti idem Episcopus *Rolandus* Parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Tumba, Sancti Joannis, & Sancti Stephani Protomartyris in Civitate Adriæ consecravit, ut ex sequenti tabula colligimus, quam in hoc Archivo Episcopali invenimus.

„ *Rolandus* Adriensis Dei Gratia Episcopus Omnibus in Christo „ Fidelibus qui ad Ecclesias Sanctæ Mariæ & Sancti Johannis, & „ Sancti Stephani de Adria convenerunt in perpetuum. Cum Pro- „ toplasti ruina totius humani generis Massa damnata peccati mole „ depressa gravaretur, universe Creature Conditor Deus qui suas in „ ira Miserationes continere non novit, cujus universe sint vie Mi- „ sericordia, & Veritas, nolens perire quod fecerat, salvari volens „ quod perierat Legem Moysen tradidit, Templum per Psalamo- „ nem, & novissime per Patres novi Testamenti, in quos fines „ Seculorum devenire fieri constituit, ut hominum mores, & vita „ moderetur, regatur, & judicetur, & ipse in loco sancto collau- „ detur, glorificetur, & adoretur, & ut his generis humani natu- „ ra disposita per altũm proximũ: in altõ Dña mente, & „ spiritu orando diligat quatenus sic ad totius Legis observan- „ tiam, quæ in his testante Veritate tota pendet, pervenire valeat; „ quod autem Domino acceptum in Loco Sancto adoretur existat, „ & se propitium, & placabilem in ipso invocantibus, cum in „ veritate exibeat Libri Regum series aperte declarat cum in Tem- „ pli Salomonis Dedicatione Nubes lucida non metuenda, sed tem- „ perata Templum implevit, & obumbravit facies Sacerdotum ita

„ ut se invicem videre non possent, nec ministrare, & postmodum
„ Salomoni se in ipso pie invocantes exauditurum Dominus in somnio
„ responderit. Iñ est quod cum in extitione Ecclesiastica propter
„ quam in Loco Vite Domino per Pontificem consueto Missa cele-
„ brari non debeat; Ego *Rolandus* Adriensis Episcopus Parochiali
„ jure cum Sancte de Gavello, & Sancti Georgii Abbatibus &
„ Clero Adriensis Episcopus: Adrie Ecclesias in honorem Beate
„ Marie semper Virginis, & Beati Johannis Baptiste: & Beati
„ Stephani Protomartiris Anno Domini MCCXXI., Indictione nona
„ die XV. intrante Mense Augusto Sanctorum reliquias de more, &
„ Ecclesiastica institutione in Ecclesiis ipsa concedo invocata Omnipo-
„ tentis Gratia pariter cum ipsis dedicando consecravimus. Verum quia
„ ad sarta tecta refienda, ad accendenda in Ecclesia luminaria, &
„ adhibendum servientium substentationem Fidelium oblatio est ne-
„ cessaria, quicunque a predicto Consecrationis seu Dedicationis
„ die ut de cetero in perpetuum in ipso Consecrationis die XV.,
„ videlicet instante Mense Augusti Adriam ad prefatas Ecclesias
„ accesserit & de Bonis a Deo sibi traditis Ecclesiis ipsis contulerit
„ Elemosinam de Dei Misericordia, & Beate Marie semper Virginis, &
„ Beati Johannis, & Beati Stephani Protomartiris, & Beatorum
„ Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum omnium in-
„ tercessione confisi, si de peccatis suis penituerit; Nos *Rolandus*
„ *Adriensis* Episcopus de iniuncta sibi penitentia annum unum de
„ venialibus tertiam partem & de fraudibus similiter tertiam par-
„ tem potestate a Deo Nobis concessa misericorditer relaxamus.

Deinde sub eodem Episcopo *Rolando* anno 1233., quemadmodum

supra

ſupra animadvertimus, a *Joanne Beaqua*, ſive *Bevilacqua* Januenſi Monacho Corporis Sancti *Bedæ* Presbyteri & Monachi Gavellenſis facta fuit translatio a Gavello Januam ad Monaſterium, quod in honorem Sancti Benigni Presbyteri & Martyris conſtructum eſt juxta illam nobiliſſimam Civitatem, in loco qui dicitur Caput-phari, ibique cum magna Populi jucunditate atque ſumma veneratione Sancti Corporis venerandæ Reliquiæ collocatæ fuerunt. Miraculis quoque a prædicto Sancto per divinam potentiam factis ipſa etiam civitas plurimum honoratur. Paucis vero poſt Translationem annis placuit ad Januenſis Popoli pietatem magis excitandam Romanum Pontificem interpellare: unde adhuc ſervatur Bulla Innocentii IV. pro indulgentia conſequenda in feſto ejuſdem Sancti, atque per ejus Octavam, data Lugduni idibus Decembris Pontificatus ſui anno quinto. Alia indulgentia plenaria data eſt a Gregorio Papa XIII. viſitantibus in Paſchate altare Beati *Bedæ*, Romæ 8. Januarii 1583. Pontificatus anno XI. Præterea prodierunt Januæ anno 1640. ex Bollando Dom. 1. Aprilis pag. 866. Officia propria Sanctæ Eccleſiæ Januenſis juſſu *Stephani Duratii* S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi recognita, & edita cum Kalendario Sanctorum, qui in particularibus Januæ Eccleſiis celebrantur, ubi ad hanc diem 10. Aprilis indicatur: *Feſtum Sancti Bedæ Confeſſoris* celebrari in dicto Monaſterio Sancti *Benigni* Presbyteri & Martyris, ubi Sacrum ejus Corpus habetur.

XXIX.

XXIX.

GUILLIELMUS antiquiſſima atque nobiliſſima Familia Ateſtina natus, primum Ferrariæ Canonicus, deinde Adrienſis Epiſcopus factus eſt anno 1240., qui laudavit, approbavitque anno 1241. die 10. intrante Menſe Junii quamdam Sententiam latam ab *Uguccione* Patavino Canonico, quem idem antiſtes delegaverat in favorem Domni *Guidonis* Abbatis & ſui Capituli de Vangadicia contra *Bernardum* & *Græcum* Tutores Mainardini pupilli tutorio nomine pro ipſo, nec non Odoricum de Rhodigio ſuper quibuſdam decimis veteribus, quas pridie decimaverunt in terra ſive in fundo *Venezze*, prout patet ex Cartula, quam Publici juris fecit laudatus Comes Carolus Silveſtri, pag., 164. cujus tenor talis eſt, videlicet.

„ Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, die „ decimo intrante Menſe Junii in Coro Eccleſiæ Sancti Stephani „ de Rodigio ad preſentiam Domini Archipresbyteri ejuſdem Ec„ cleſiæ, Domini *Lauri* Cauſidici, *Ugolini* Notarii, Domini *Henve„ vardi* de Rodigio, *Petri* Boni quondam *Fulchi* Notarii Paduani „ nomine de Mardimago Teſtibus rogatis, & aliorum &c. Ibique „ Magiſter Uguccio Canonicus Paduanus de conſenſu & voluntate „ Domini *Guillielmi* Dei Gratia Adrienſis Epiſcopi, & in ejus „ preſentia exiſtente & in ipſo compromittente ſecundum quod com„ promiſſum eſt in eodem per Venerabilem Patrem dignum *Gui„ donem* Abbatem & ſuum Capitulum de Vangadizza ex una parte, „ & *Bernardum* & *Græcum* Tutores *Mainardini* pupilli tutorio no-

„ mine

„ mine pro ipso, & *Odoricum* de Rodigio ex altera parte super
„ quibusdam Decimis veteribus, quas pridie decimaverunt in terra
„ sive in fundo Venece prout patet in prædicto compromisso scripto
„ manu *Guibertini* Portuensis Filius quondam *Johannis* de Bidia, in
„ eodem loco convocatis partibus ad sententiam audiendam, & tunc
„ omnes prædicti ibi existentes coram Domino *Uguccione* Canonico
„ Paduano talem protulit Sententiam arbitrariam jurisdictione sua
„ comissam: dicens visis & auditis rationibus utriusque partis, &
„ allegationibus privilegiorum ex parte Abbatis, videlicet Domini
„ Alexandri Pontificis & Celestini in quibus continetur quod De-
„ cimæ de Venece, & aliarum Villarum positarum in Episcopatu
„ Adriensi Monasterio Vangadicæ concessis, ex certa sententia, &
„ cum ipse Dominus Pontifex Decimas totius Episcopatus Adriensis
„ pertinere sciat & ipse Dominus Abbas manifeste probavisset quod
„ Dominus *Ugo* Marchio cum totis Decimis & honoribus donavit
„ Villam de Venece cum omnibus suis pertinentis, & hoc per pri-
„ vilegia Summorum Pontificum, hoc idem confirmat Baptisterium
„ in Ecclesia Sancti Martini prædictæ Villæ sic de qua est quæstio
„ ex ipso tenore ad alegandum constat prædictarum Decimarum
„ laboratarum seu concessis præfacto Monasterio Vangadicensi per
„ Romanos Pontifices, ut dictum est superius, supradictis ad au-
„ diendam sententiam vocatis & a pluribus sapientibus habito Con-
„ silio deliberato talem protulit sententiam dicens.

„ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Nos *Uguc-*
„ *cio* Canonicus Paduanus ex arbitrio seu compromisso in me facto
„ ab infrascriptis de cognitione & sententia litis quæ inter Domi-

„ num

„ num *Guidonem* Abbatem Monasterii S. Mariæ de Vangadicia & „ suum Capitulum, & *Bernardum* & *Græcum* Tutores *Mainardini* „ pupilli, & *Odoricum* de Rodigio ex altera supra quibusdam De- „ cimis de Terra Venezze sedendo pro Tribunali dixit: Ego dico „ Magister *Uguccio* Paduanus Canonicus pronuntio per sententiam De- „ cimam totam & integram de Venezze ad præfactum Monasterium „ pertinere sicuti aliæ Decimæ suarum Villarum pertinent, scilicet „ Bruxede, Cavazane, & aliæ Villæ, quæ fuerunt in eodem Epi- „ scopatu Adriensi, & prædictos *Bernardum*, & *Græcum* tutorio no- „ mine pro *Mainardino* Pupillo, & *Odorico* de Rodigio per se ad „ solutionem & restitutionem prædictarum Decimarum condemno, „ & ut de cætero dictum Monasterium illas in pace & quiete ha- „ bere & possidere permittant, & nullam de illis Decimis mole- „ stiam de cætero inferant. Hanc ergo sententiam Venerabilis Pa- „ ter Dominus Episcopus *Guillielmus* Adriæ laudavit & approba- „ vit, & omne jus siquod habuisset nunc usque libere remisit Mona- „ sterio, & Domino Abbati, & successoribus suis.

„ Ego *Beltramus* Sacri Palatii Notarius rogatus præsens fui, & „ hanc Cartam scripsi.

Ex Archivo autem Pomposiano Ferrariæ habemus etiam Litteras *Innocentii* IV. huic Episcopo *Guillielmo* datas duodecimo Kalendas Aprilis anno quarto sui Pontificatus; idest 1246., quibus ipsi mandat, ut non obstantibus litteris *Gregorii* de Montelungo sui & Apostolicæ Sedis legati, quibus cautum erat, ut Pomposianum Monasterium Alberto Monacho, & olim Abbati ipsius Cœnobii solveret necessaria ad sui congruam sustentationem; conquesti autem fuerant Mona-

Monachi cum Summo Pontifice immoderatam esse pensionem, præ-tereaque dictum *Albertum* Federici Imperatoris exauthorati, & sacris exclusi partibus adhærere; mandat, inquam, *Guillielmo* Episcopo Adriensi, ut si vera sint quæ a Monachis affirmabantur, eum sustentationis emolumento privet; & si falsitate laborent, nihilominus immodicæ cum sint solutiones emolumentorum, illas auctoritate sua moderetur. Præterea in præfato tabulario Sancti Benedicti de Pomposia habemus eumdem *Guillielmum* dedisse anno 1251. mandatum Procuræ ut aiunt *Conradino* Clerico Estensi Paduanæ Diœcesis ad petendum in Curia Romana Litteras pro habendis Iudicibus contra quemlibet volentem suum jus turbare. Actum in *Caminata* Domini Abbatis de Gavello coram Testibus *Guillielmo*, & *Manelmo* Canonicis Adriensibus, & *Acharisio* de Villa Marciana Clerico.

Cum autem Perusii esset prælaudatus Innocentius IV. decimo Kalendas Martii anni 1252. Pontificatus sui anno decimo commisit & delegavit eidem Antistiti *Guillielmo* cognitionem causæ, quæ vertebat inter Monasterium Sancti Romani de Ferraria, & inter aliquot cives Bononienses super Ecclesia Sancti Petri de Suiratico, ut habetur in Annalibus Camaldulensibus Tom. 5. pag. 17.

Anno vero 1253. in Villa *Coloniæ* districtus Ferrariensis non solum fundavit, verum etiam dotavit Ecclesiam Sanctæ *Margaritæ* ex Instrumento recepto per *Andream* Grillum Notarium anno prædicto, Indictione undecima, die nona Maii. Hinc apparet, ut infra videbimus manifeste, eamdem Parochialem Ecclesiam minime ad Ravennatensem Diœcesim, prout Archiepiscopi ejusdem hodierna die possident, sed ad Adriensem Episcopum spectare debere, quemadmodum an-

tiquis temporibus pertinuit. Ut ut tamen ſit, Documentum, ſive Inſtrumentum Fundationis atque Dotationis prædictum eſt hujuſmodi, & habetur in Tabulario Epiſcopatus Adrienſis Cataſt. A. alias ✠. pag. 186.

„ Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio,
„ Indictione XI., die nona intrante Menſe Majo .... præſenti-
„ bus Domino *Martino* Archipresbitero Adrienſi, D. *Patavino* Ce-
„ pola Magiſtro......... Hadrienſibus, D. Presbitero *Ferrariſio* de
„ Griſpino, D. *Martino* qui fuit de Ferraria........ Hadria, *Zuam-*
„ *bellod* Caſtaldeſſa qui fuit de Eſte, & modo ſtat in Colonia.......
„ *Alberto* qui fuit de Eſte, & ſtat in Colonia, *Baruſeto* de Hadria,
„ *Zuliano*.......... iſta Terra Hadriæ, *Guidone* ſerviente Domini
„ Epiſcopi Hadrienſis, *Marculino* Nepote dicti........, & aliis. Ibi-
„ que Venerabilis Pater Dominus *Guilielmus* Dei Gratia Epiſcopus
„ Hadrienſis ad honorem Dei & Beatæ Mariæ Virginis volens Ec-
„ cleſie Sanctæ *Margharitæ* de Colonia providere tam in temporalibus
„ quam in ſpiritualibus ne aliquo patiatur leſionem propter fru-
„ ctum......... miſericordiæ & opera pietatis. Quæ in dicta Ec-
„ cleſia Sanctæ *Margheritæ* debeant fructus.............. pro tempo-
„ re & ad ſubſtentationem, & ellevamentum divini Cultus prima-
„ rium lapidem poſuit.......... in dicta Eccleſia, ut moris eſt, &
„ ea propter ut Presbiter qui eſt, vel qui erit, ſive qui fuerit........
„ tempore patiatur in victualibus defectum. Idcirco prædictus Do-
„ minus *Guilielmus* Dei Gratia Epiſcopus Hadrienſis per ſe ſuoſque
„ Succeſſores & nomine ſui Epiſcopatus Hadrienſis dedit, conceſſit
„ dictæ Eccleſiæ ſeu Domino Presbitero *Johanni* in dicta Eccleſia

como-

„ comoranti, & suis Successoribus qui erit pro tempore totum quarte-
„ sium Decimæ de fundo dictæ Terræ Coloniæ quæ pleno jure spe-
„ ctabat Domino Episcopo seu Episcopatui Hadriensi ad habendum,
„ tenendum, possidendum. Quam fundationem & concessionem, &
„ omnia suprascripta dictus Dominus *Guilielmus* Dei Gratia Episco-
„ pus Hadriensis promisit per se, suosque Successores, & nomine,
„ sui Episcopatus Hadriensis dicto Domino Presbitero *Johanni* di-
„ ctæ Ecclesiæ Sanctæ Margharitæ stipulanti & recipienti nomine
„ dictæ Ecclesiæ, & suis Successoribus in perpetuum firmam & ra-
„ tam habere, tenere & non contrafacere vel venire aliqua ratio-
„ ne, seu occasione de jure vel de facto sub obligatione bonorum
„ sui Episcopatus Adriensis.

„ *Andreas* qui dicor Grilus filius quondam Domini Joannis No-
„ tarius Estensis Sacri Palatii interfui rogatus scribere scripsi.

„ Ego *Benaxontus* de Bursariis de Mantua Imperiali Auctoritate
„ Notarius præfactum Instrumentum......... sic in Autentico vidi
„ & legi scriptum per prædictum Andream Grilum Notarium ni-
„ hil addens, vel minuens quod sensum vel sententiam mutet nisi
„ forte in punto vel littera, scripsi & in publicam formam redegi
„ & exemplavi de mandato Venerabilis Domini Patris *Bonazonte*
„ Dei Gratia Episcopi Hadriensis suam auctoritatem & decretum
„ interponentis, currentibus annis Domini Millesimo ducentesimo
„ nonagesimo sexto, Indictione XI., die 5. Februarii.

Prædicto anno demum 1253. *Guillielmus* Azzoni Estensi Mar-
chioni contulit omnes decimas Massæ Fiscajæ ex Muratorio An-
tiquitat. Estens. pag. 10. Part. 2. Obiit Adriæ anno 1257., & in

Ecclesia Cathedrali Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum fuit tumulatus, pro ut scribit Ferretus pag. 2. qui ejus nomen in antiquo marmoreo lapide incisum se legisse testatur. De hoc Antistite nihil ex Ughellio.

XXX.

FLORIUS II. creatus est Episcopus Adriensis anno reparatæ Salutis 1258. Quamvis Ughellius de hoc Episcopo omnino sileat; nihilominus Ferrettus in Catalogo Episcoporum Adriensium adservato in Archivo Episcopatus ejusdem de eo mentionem facit anno ut supra pag. 2. Anno vero insequenti nimirum 1259. *Alexander* IV. Romanus Pontifex *Bartholomæo* Episcopo Vicentino, & *Florio* Episcopo Adriensi dedit in mandatis, ut lites acerrimas exortas, quæ demum eruperant in aperta scandala, inter Monachos & Moniales Monasterii Sancti Benedicti de Padua debito fine, & optata quiete terminarent. Hi igitur accito in judicii partem *Joanne* Episcopo Patavino, in cujus Urbe erat prædictum Sancti Benedicti Monasterium, coram *Henrico* Ebredunensi Archiepiscopo Apostolicæ Sedis Legato, ac in presentia plurium Canonicorum Patavinorum sententiam tulere, ut perpetuo dissociaretur locus virorum Monachorum a loco Sanctimonialium, relicto monialibus loco veteri, qui deinceps appellatus fuit Sancti Benedicti-veteris, statuentes ut nullam Moniales deinceps communionem haberent cum Monachis, ut actum fuerat prope hæc tempora cum aliquibus aliis Patavinis Monasteriis; Abbatissam perpetuam novo collegio dedere, qua cedente, vel decedente Sancti-

mo-

moniales sibi alteram præficerent juxta Canonicas Sanctiones; Ecclesia pariter jam ædificata ejsdem Monialibus cederet; Monachi vero in alio loco Monasterium sibi & Ecclesiam construerent; Possessiones, jura, testamenta, debita, omniaque alia communia bona affatim juste divisa voluerunt; & sic pacem utrique loco restituere die secundo intrante Julio anni 1259. ",. Sequenti die lecta fuit Epis-
" coporum Sententia in Capitulo Monachorum presentibus Domno
" *Guiberto* Dei gratia Abbate Monasterii Sancti Felicis de Vincen-
" tia, Domno *Giordano* Abbate Monasterii Sancte Eufemie de Vil-
" lanova Diocesis Tarvisine, fratre *Martino* de ordine fratrum Pre-
" dicatorum Sancti Augustini de Padua, fratre *Bene*, qui moratur
" cum Domino Episcopo Vicentino, magistro *Widoto* clerico Eccle-
" sie de Costalta, *Willelmo* filio domini *Mucii* de Ravolate de Ab-
" batia, *Vitali* de Vincentia, *Alberto* de Portulignaco, *Antonio* de
" Castegnio servitoribus Domini Episcopi Adriensis, & aliis ". *Venerabiles Patres Domini BARTHOLOMEUS Dei gratia Episcopus Vicentinus, & Florius eadem gratia Episcopus Adriensis de verbo, consensu & voluntate venerabilis patris domini Johannis Dei gratia Episcopi Paduani sententiam suprascriptam, quam coram rev. patre domno Henrico Dei gratia Ebredunensi archiepiscopo legato sedis apostolice protulerunt, sententiando, arbitrando, & declarando ex delegata sibi a summo pontifice potestate & arbitraria jurisdictione in pleno capitulo monachorum monasterii Sancti Benedicti Novelli & sororibus dicti loci, & Jacobino quondam Ugenii de Tullario procuratore Domni Wilielmi olim prioris memorati monasterii, publicaverunt, manifestaverunt & declaraverunt, addentes in scriptis, contradictores insuper, & rebelles tam clericos, quam*

lai-

laicos, & præstantes auxilium vel etiam favorem rebellantibus excommunicationis vindicta innodarunt, & excommunicatos esse denuntiaverunt auctoritate Domini pape, qua funguntur in hac parte.

Actum Padue in Capitulo monachorum monasterii Sancti Benedicti de Padua.

Ita ex Annalibus Camaldulensibus Tom. 5. in Appendice pag. 125., ubi præfatum Documentum reperitur.

Anno 1261. hic Antistes interfuit Concilio Provinciali Ravennæ in facto Tartarorum, ex Archivio Archiepiscopali Caps. 5. Num. 2801.

Insuper anno 1265., Indictione octava, die sexto exeunte Januario dedit *Florius* jure beneficiario ad usum Regni Domino *Obizzoni* Estensi & Anconitano Marchioni totum illud, quod Dominus *Azzo* Estensis & Anconitanus Marchio Avus prædicti Domini *Obizzonis* Estensis habebat, tenebat, ac possidebat eodem jure, atque solitus fuit habere, aliique pro eo ab ipso Domino Episcopo, ac ejus prædecessoribus, & Episcopatu Adriensi in Rhodigio, nec non Comitatu Rhodigii, seu alibi ubicunque reperiretur, seu reperiri posset ipsum Dominum *Azzonem* Marchionem habuisse, tenuisse, & possedisse. Instrumentum hoc existit in Tabulario Episcopatus Adriensis Catastico antiquo A., alias ✠., quod est hujusmodi.

„ In nomine Dei Jesu Christi. Amen.

„ Anno ejusdem Nativitatis Millesimo ducentesimo sexagesimo „ quinto, Indict. 8., die sexto exeunte Januario. In Ecclesia Sancte „ Justine de Rodigio coram Domino *Johanne* Dei gratia abbate „ Sancte Marie de Vangadicia, & coram Domino *Georgio* Presbitero

" tero Hadriensi, *Aldrovandino* Clerico Rodigii & Paduano Clerico
" Mardimarii presentibus testibus vocatis & rogatis Dominis *Bar-*
" *tolomeo* de Novellono, & *Ruffino* de Zanchellis de Mantua, *Al-*
" *mano* Judice de Florentia, *Petrocino* de Vicedominis, *Rodolfino* de
" Turellis, *Petro* de Misotis, & *Zilio* Contrario. Ibique Venerabi-
" lis Pater Dominus *Florius Dei Gratia Episcopus Adriensis* per se,
" suosque Successores, ac vice Episcopatus Adriensis, & pro ipso
" Episcopatu investivit Jure Feudi ad Usum Regni Nobilem Vi-
" rum Dominum *Obizzonem* Dei & Apostolica Gratia Estensem, &
" Anconitanum Marchionem recipientem pro se, & suis descenden-
" tibus liberis de toto eo, quod bona memoria Dominus *Azzo* E-
" stensis & Anconitanus Marchio Avus predicti D. *Obizzonis* Esten-
" sis habebat, tenebat, & possidebat in Feudum, & jure Feudi,
" & solitus fuit habere, & alii pro eo ab ipso Domino Episcopo,
" & ejus predecessoribus & Episcopatu Adriensi in Rodigio & Co-
" mitatu Rodigii, seu alibi ubicumque reperiretur seu reperiri pos-
" set ipsum Dominum *Azzonem* Marchionem habuisse, tenuisse &
" possedisse. Dans ipse Dominus Episcopus plenam & liberam pa-
" rabolam per se, & suos Succesores, & Episcopatum Adriæ di-
" cto Domino *Obizzoni* Marchioni, recipienti pro se & suis descen-
" dentibus intrandi tenutam & possessionem dicti Feudi ubicumque
" existat sua auctoritate. Ad habendum, tenendum, possidendum,
" & quidquid deinceps sibi & suis descendentibus Jure Feudi pla-
" cuerit faciendum. Et promisit dictus Dominus Episcopus per se,
" suosque Successores & nomine Episcopatus Adriæ dicto Domino
" *Obizzoni* Marchioni recipienti, & stipulanti pro se & suis descen-

" den-

„ dentibus dictum Feudum autorizzare & defendere a quacumque
„ persona. Quæ omnia promisit firma & rata habere, tenere, &
„ non contravenire aliqua ratione, ingenio seu causa. Pro qua qui-
„ dem Investitione & omnibus supradictis dictus Dominus *Obizzo*
„ Estensis Marchio corporaliter sibi prestato Juramento juravit fide-
„ litatem dicto Domino Episcopo recipienti pro se, suisque Succes-
„ soribus, & dicto Episcopatui Adriæ, quod erit fidelis sibi, &
„ Successoribus suis, & Episcopatui Adriensi in omnibus & per o-
„ mnia, quæ continentur in Capitulo fidelitatis, & ad majorem fi-
„ delitatem Dominus & Vassalus osculo Pacis interveniente se ad
„ invicem osculati. Qui Dominus Episcopus precepit dicto Domino
„ Marchioni, ut hinc ad unum annum dare debeat in scripis Feu-
„ dum suum.

„ Ego petrus Bonus Notarius predicti Domini Marchionis his
„ omnibus presens fui, & ut audivi, & intellexi, ita rogatus scri-
„ bere scripsi & publicavi.

Alterum quoque Documentum anni 1266. hujus Episcopi *Florii* habemus ex laudato Archivo Benedictino Pomposiano Ferrariæ Caps. V. libro in Cartono in fol. cum aliis actis Catast. F. incipit: hoc est Exemplum cujusdam Instrumenti descripti in Catastro Dominorum Marchionum Estensium sub anno 1285. fol. 65. aliquod mendum tamen in exemplando originali amanuensis comperimus.

„ 1266. Indictione IX., die duodecimo intrante Martio in Mo-
„ nasterio Sancte Marie de Vangaditia in Camera infrascripti Do-
„ mini Episcopi *Florii*, presentibus Domno *Johanne* Abbate dicti
„ Monasterii, D. *Petro* de Imolatis, D. *Johanne* Curto, D. *Gino*,
„ &

„ & D. *Ventura* de rosa, & aliis testibus rogatis. Ibique Venerabilis Pater Dominus *Florius Dei Gratia Episcopus Adriensis*, vidit unum Instrumentum veterrimum factum per manum *Lanfranchii* Notarii in millesimo septuagesimo octavo datum in manibus ipsius Domini Episcopi per Donum Boninsegnam Archipresbyterum Sancti Martini; tenor talis est.

„ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Cristi millesimo septuagesimo octavo prima die Kalendis Martii, indictione prima in Villa, que vocatur Manezio in Domo Canonicorum Sancti Martini de Variano, ubi volunt, & intendunt facere edificare ad honorem Sancti Petri Episcopatus Adriensis unam Capellam ad vocabulum Sancte Margarite presentibus Dono *Petro* Priore Sancte Agate de Ferraria procuratore Episcopi Ferrarie, Dono *Francisco* suo Monacho & Dono *Ilmerico* Potestati Sancti *Martini* de Variano, Dono *Philippo* de Sariano, & *Nasimbene* de dicta terra testibus rogatis. Ibique in Dei nomine Domino *Bomezzo* Dei gratia Archipresbytero Laurentio supradicto nostro Canonico imprimus recomandamus nostram Capellam presentem que est in domo nostra, & volumus ut sit nominata Sancta Margarita supra posita in fundo nostro Manezio in Curia Sancti Martini supradicti & de nostro benefitio facta ab hodie incepti murari Ecclesia ad habitandum, tenendum, & possidendum tam in spiritualibus, quam in temporalibus ad voluntatem Domini Episcopi Adriensis & tenearis habere totum tuum benefitium prelibatum. Item volumus concedere de nostro benefitio ad voluntatem Domini Episcopi su-

„ prædicti usque ad quinque annos medietatem Quartesii Sancti
„ Martini supradicti in fondo nostro Manezio; confines tales sunt a
„ fossa Fracte veteri ad Rastellum Canalis Manezi, a Rastello Ca-
„ nalis Manezi usque ad gurgitum puzarentium, & totum istum
„ supradictum damus tibi adiutorium dicte Capelle, & damus tibi
„ licentiam ab hodie ante, ut tu possis canere missam super no-
„ strum Altariolum ad honorem Dei & Beate Virginis Marie, &
„ Beate Margarite, & Beato Petro nostro Episcopo Adriense, &
„ Beato Martino plebatu, de qua Capella Sancte Margarite nos
„ intendimus fieri confirmatas a nostro Episcopo in tempore con-
„ gruo.

„ Ego Lanfrancus notarius Sacri Palatii rogatus interfui, &
„ scripsi.

„ Ego *Florius Episcopus Adriensis* video & confirmo, laudo & do
„ verbum & licentiam Johanni notario de Altadura ut reducat istud
„ instrumentum de veteri in novo.

„ Ego *Johannes* de Altadura Imperiali auctoritate Domino *Leyno*
„ Comite notarius interfui, & rogatus hoc instrumentum autenti-
„ cum de veteri in novo conduxi, & quidquid inveni scriptum in
„ eo, ita in hoc novo describo, cui adiecto nec exminuo quod sensum
„ mutet.

„ Ego *Bonaventurinus* notarius suprascriptus interfui, & hoc in-
„ strumentum scriptum manu dictorum notariorum ex autentico
„ scripsi de mandato Domini Patris *Florii* dei Gratia Episcopi A-
„ driensis suam auctoritatem interponentis.

Prædicto præterea anno 1266. hic Antistes præsens fuit transla-
tio-

tioni corporis Sancti *Savini* Episcopi & Martyris, quod repertum in Ecclesia Sancti Apollinaris-novi Ravennæ locavit *Philippus* Archiepiscopus in Capella Sanctæ Catherinæ. Concessit etiam ipse *Florius* una cum Collegis suis *Richelmo* Liviense, *Michaele* Comaclense, & *Gratia*, seu *Gratiano* Sarsinate Indulgentias a die XIII. Maii, qua contigit hujusmodi translatio, usque ad diem ultimam ejus Mensis. Ita ex Annalibus Camaldulensibus Tom. 5. pag. 113. Item Amadesius in Historia Foroliviensi pag. 106. refert anno 1267. *Florium* Episcopum Adriensem una cum aliis Episcopis interfuisse in prædicta Civitate Foroliviensi translationi Sancti *Valeriani*, concedens Indulgentias ut supra simul cum Coepiscopis suis.

XXXI.

JACOBUS II. in Florii II. locum Episcopus factus est anno circiter 1270., quidquid contra scripserint Rubeus, Ughellius, & Silvestrius, qui ad annum tantummodo 1275. ejusdem mentionem ingerunt, quo ipsum decessisse affirmant. Clare apparet non solum prædicto anno 1270. hunc Antistitem interfuisse electioni Archiepiscopi Ravennatensis ex Regesto illius Tabularii Caps. N. Num. 9314., verum etiam ex sequenti Documento consecrationi adfuisse Ecclesiæ Sancti Maglorii de Faventia, una cum viginti quatuor Episcopis, præter Jacobum Faventinum, qui Indulgentias eodem anno 1270 Indictione XIII., die VIII. intrante Mense Septembris, scilicet in die Nativitatis gloriosæ Virginis Mariæ, concesserunt. Documentum, de quo loquimur, est infra ex Authographo Parthenonis Sancti Maglo-

rii in Annalibus Camaldulensibus Tom. 5. pag. 212. relatum.

„ In Nomine Domini Nostri Jesu Christi iste sunt Indulgentiæ „ eremi, sive Ecclesie S. Maglorii Faventie Camaldulen. Ordinis.

„ Nos *Philippus* Dei & Apostolica Gratia S. Ecclesie Ravenne „ Archiepiscopus Auctorirate Dei omnipotentis, & Beatorum A- „ pollinaris, Vitalis, atque Ursicini gloriosis meritis confidentes, „ omnibus, qui dictum eremum in die Consecrationis, & infra o- „ ctavam Consecrationis ejusdem, & singulis annis ipsa die conse- „ crationis, & infra octavam diem cum devotione, & reverentia „ visitaverint, & de bonis propriis eidem loco contulerint, vel trans- „ miserint, unum annum, & quadraginta dies de injuncta eis peni- „ tentia in Domino misericorditer relaxamus.

„ Eodem modo, & iisdem verbis Dominus *Jacobus* Dei gratia „ Episcopus Faventinus, auctoritate Omnipotentis Dei, & B. Petri „ Apostoli unum annum, & quadraginta dies in Domino relaxat.

„ Eodem modo, & iisdem verbis Dominus *Sinibaldus* Imolensis „ Episcopus, auctoritate Dei Omnipotentis, & B. Cassiani unum „ annum & quadraginta dies relaxat in Domino.

„ Eodem modo, &c. *Octavianus* Bononiensis Episcopus Auctori- „ tate Dei & B. Petri Apostoli unum annum &c. ut supra.

„ Eodem modo &c. *Matthæus* Mutinensis Episcopus Auctoritate „ Dei, & B. Geminiani &c. ut supra.

„ Eodem modo &c. *Guilielmus* Reginus Episcopus Auctoritate „ Dei, & Gloriose Virginis Marie &c.

„ Eodem modo &c. *Opizo* Parmensis Episcopus Auctoritate Dei „ & B. Marie Virginis &c.

„ Eo-

„ Eodem modo &c. *Albertus* Ferrarienſis Epiſcopus Auctoritate
„ Dei & B. Georgii M. &c.

„ Eodem modo &c. *Jacobus Adrienſis Episcopus* Auctoritate Dei,
„ & B. Petri Apoſtoli &c.

„ Eodem modo &c. *Michael* Comaclenſis Epiſcopus Auctoritate
„ Dei, & B. Caſſiani &c.

„ Eodem modo &c. *Thedericus* Cervienſis Epiſcopus Auctoritate
„ Dei & B. Marie Virginis &c.

„ Eodem modo &c. *Rodulphus* Livienſis Epiſcopus Auctoritate
„ Dei & B. Mercurialis &c.

„ Eodem modo &c. *Ravaldinus* Forlipopilienſis Epiſcopus Aucto-
„ ritate Dei, & B. Rofilli &c.

„ Eodem modo &c. *Johannes* Anconitanus Epiſcopus Auctoritate
„ Dei, & B. Quiriaci &c.

„ Eodem modo *Johannes* Feretranus Epiſcopus Auctoritate Dei,
„ & B. Leonis &c.

„ Eodem modo &c. *Gratia* Epiſcopus Sarcenſis Auctoritate Dei,
„ & B. Vicini &c.

„ Eodem modo &c. Frater *Everardus* Ceſenatenſis Epiſcopus Au-
„ ctoritate Dei, & B. Joannis Baptiſtæ &c.

„ Eodem modo &c. *Petrus* Epiſcopus Urbinas auctoritate Dei &
„ B. Creſcentii Martyris &c.

„ Eodem modo &c. Frater *Morandus* Fanenſis Epiſcopus aucto-
„ ritate Dei, B. M. V. & B. Paterniani &c.

„ Eodem modo &c. *Uguccio* Exinus Epiſcopus auctoritate Dei &
„ B. Seriani &c.

„ Eo-

„ Eodem modo &c. Frater *Ambrosius* Ariminensis Episcopus Au-
„ ctoritate Dei & B. Columbe V. &c.

„ Eodem modo &c. *Jacobus* Senogaliensis Episcopus Auctoritate
„ Dei, & B. Marie Magdalene, & B. Paulini &c.

„ Eodem modo &c. *Jacobus* Calliensis Episcopus Auctoritate Dei,
„ & B. Marie &c.

„ Eodem modo &c. *Benvenutus* Dei & Apostolica gratia Auxi-
„ manus Episcopus auct. Dei & apostolice Sedis & Beati Leopardi
„ duos annos, & duas quarantenas in Domino relaxat.

„ Eodem modo &c. *Yldibrandus* Forosemproniensis Episcopus Au-
„ ctoritate Dei & Beati Moreti Martyris unum annum, & XL.
„ relaxat in Domino.

„ Et ego *Dentacurra* quondam Faville Senensis, nunc familiaris
„ scriba venerabilis patris Domini mei Faventini episcopi imperiali
„ auctoritate notarius indulgentias suprascriptas munitas sigillorum
„ Episcoporum vidi & legi, ac eorum sigilla diligenter aspexi, &
„ cum diligentia consideravi, fecique ad perpetuam rei memoriam
„ de mandato dicti Domini mei Jacobi episcopi Faventini subscri-
„ ptionem, & signum mee manus apposui, sub annis Domini su-
„ prascriptis, scilicet anno MCCLXX. indictione XIII., die VIII.
„ intrante mense septembris.

Loco ✠ Sigilli cerei.

Anno autem 1274. idem *Jacobus* constituit *Adam* Abbatem de Gavello Procuratorem suum, ut pro se iret ad Synodum Ravennatensem, ex præfato Archivo Ravennæ Capf. N. Num. 6330.

A laudato Rubeo habemus insuper *Bonifacium* Archiepiscopum Raven-

vennatem anno 1277. sacris interdixisse *Peregrinum* Canonicum Plebis Arquadæ hujus Diœcesis Episcopum Adrianum a sacrorum virorum ejus urbis conventu designatum; eo quod non fuisset ad Sacros Ordines promotus, neque confirmatus rite esset. His non obstantibus.

XXXII.

PEREGRINUS hujus nominis primus ex Canonico Plebaniæ Arquadæ Policinii, eodem quo mortuus est anno prædictus *Jacobus* II., a Senatu Clericorum Adriensium Episcopus renunciatur; cujus electionem *Nicolaus* III. Summus Pontifex ratam habuit, sicut Ughellio placet. Decessit anno 1280.

XXXIII.

OTHOLINUS Monachus Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Camaldulensis, & Prior Sancti Georgii in Braida Diœcesis Veronensis secundum Ughellium designatus, immo electus est Episcopus Adriensis a Capitulo Cathedralis Mense Octobri anno 1280. Hæc electio deinde a *Bonifacio* Archiepiscopo Ravennatensi confirmata fuit, cum ex decessu Nicolai III. Papæ per id tempus Romana Sedes vacaret. Obiit *Otholinus* anno 1284. die undecima Augusti, prout habetur in Necrologio Cœnobii Sanctæ Mariæ ad Carceres ex Camaldulensibus Tom. 5. pag. 147.

XXXIV.

XXXIV.

BONIFACIUS I. interfuit Concilio Provinciali a prædicto *Bonifacio* Ravennate Archiepiſcopo celebrato in Eccleſia Sancti Mercurii Forolivienſis ditionis anno 1286. Octavo Idus Julii, Indictione decima quarta, tempore *Honorii* Papæ IV., ut refert Rubeus pag. 464. „ Anno, qui inſecutus eſt, fuit autem a partu Virginis „ Milleſimus ducenteſimus octuageſimus ſextus, quo Ravennatem „ geſſit Præturam *Guido* Polentanus, *Lamberti* filius, Forolivii in „ Divi Mercurii Æde, *Bonifacius* Archiepiſcopus, octavo Idus Julii „ Provincialem Synodum habuit, cum interfuiſſent *Sinibaldus* Imo„ lenſis, *Ugolinus* Faventinus, *Raynaldus* Forolivianus, *Thaddæus* „ Forlipopilienſis, *Aimericus* Cæſenas, Henricus Saxenatenſis, *Boni*„ *facius Adrienſis*, Epiſcopi: præter Procuratores Epiſcoporum Bo„ nonienſis, Cervienſis, Mutinenſis, & Parmenſis. „ Ita laudatus Rubeus. Ibi itaque lectæ atque publicatæ fuere ſequentes Conſtitutiones, Statuta, & Ordinamenta, & ordinatæ, ac confirmatæ per ſupraſcriptos Venerabiles Patres, nimirum: Ne Clerici joculatores, vel hiſtriones a laicis tranſmiſſos recipiant; de pauperibus alendis & veſtiendis; de honeſtate, atque habitu Clericorum: de promotione habentium Parochiales Eccleſias; de quotidianis diſtributionibus; de teſtamento uſurariorum; de decimis; de criminibus & delictis ſpecialiter Epiſcopis reſervandis; denique de immunitate Eccleſiarum, prout habemus ex Labeo Tom. XXIV. pag. 615.

Falſum autem omnino eſt quod in eodem *Bonifacio* refert Ughellius

lius ex Chronico Firmano MSS. apud Carolum Strozzam Patritium Florentinum, videlicet, civitatem Adriæ circa hæc tempora occupatam & captam fuisse a Saracenis, ac funditus eversam. Ughellius enim male Chronici Firmani secutus est errorem tribuentis Adriæ in Æmilia, quod accidit Adriæ in Marrucinis, seu in Apulia Firmano Territorio finitima. Et sane Adria Æmiliæ illis temporibus extabat, & subdita erat Athestinæ Familiæ, uti apparet ex lege municipali Civitatis Ferrariæ de anno 1270. allata per Pacem de Bonamicis & Rimbertinum de Grimaldellis Notarios Ferrarienses, quæ legitur in Volumine Statutorum Domini Marchionis & Communis Ferrariæ in Archivo Ducali Mutinæ adservato, cujus copiam accepimus ab Antenore Scalabrino olim Canonico Ferrariensi. Hæc ejus sunt verba:

„ Quod homines Adriæ & Adriani cogantur solvere collectam si„ cut una contractarum Ferrariæ &c.

„ Stat: quod homines Adriæ, & Adriani, solummodo ad solutio„ nem collectarum cogentur solvere sicut de aliis contractis Ferra„ riensis, quæ non sint de majoribus & minoribus, & quod qua„ liter Collecta, quæ eis imponetur solvant homines Adriæ duas „ partes, & tertiam homines Adriani, & nulla ipsis debeat impo„ ni collecta nisi quando in Civitate Ferrariæ & civibus impo„ netur.

XXXV.

BONAJUNCTA Ordinis Prædicatorum electus est Episcopus Adriensis anno 1288., de quo nihil ex Ughellio habemus; Catalogus tamen Ferreti aliquam ejus mentionem facit. Sed quod rem conficit, in Archivo Episcopali Adriensi in libro M. transumptum extat laudi seu arbitramenti cujusdam lati Ravennæ die quartodecimo Junii prædicti anni 1288. Indictione prima, quo D. Andreas Archidiaconus Forolivienfis & DD. Mathæus Rector Ecclesiæ Sancti Michaelis, & Fr. Franciscus de Ravenna, & Signorellus de Grecis, tanquam arbitratores amicabiles inter Venerabilem Patrem DD. Bonajunctam Episcopum Adriensem, & Religiosum virum Fr. Bernardinum Priorem Conventus Ecclesiæ Sancti Blasii Humiliatorum de Lendinaria Adriensis Diœcesis, pronunciaverunt sententiam laudi circa Baptisterium ipsius Ecclesiæ; solutionem Decimæ, seu Quartesii bonorum dictæ Parochialis, electionem Prioris, seu Parochi ejusdem, & disciplinam Fratrum, pro ut latius continetur in prædicto exemplo scripto manu Artusini fil. q: Domini Cambii Imperiali auctoritate Sanctæ Ravennatensis Ecclesiæ Notarii. Præterea ex Libro A, alias ✠. prædicti Archivii pag. 199. quodam Instrumentum habemus scriptum manu Bonaventuræ Notarii de Ricardis de Mantua anni sequentis 1289., ex quo discimus ad petitionem ejusdem Episcopi *Bonajunctæ* quandam revocationem factam ab Alberto Notario qm. Ipocratis de Rhodigio Sindicario nomine *Scuestini Graceli* Vice-Comitis Rhodigii pro Domino Marchione, & Consilio-

filiorum Communis & hominum ejusdem Terræ omnis & cujuscumque Terratici impositi Clericis aliquibus, & cujuscumque Jurisdictionis Episcopi Adriensis, ejusque Diœcesis sibi subjectis. En Instrumentum supradictum.

„ Anno Domini millesimo ducentesimo octuogesimo nono Indi-
„ ctione secunda, 2. Mensis Septembris Albertus Notarius quon-
„ dam Domini Ipocratis de Rodigio Syndicus Procurator, & Nun-
„ tius specialis Scuelini Graceli Vice Comitis Rodigii pro Domino
„ Marchione, & Consiliorum dicte Terre Rodigii, ut patet Carta
„ scripta manu Bonicelis Notarii, habens ad infrascriptum spetiale
„ mandatum, revocavit Syndicario nomine predicti Vice Comitis Con-
„ ciliorum dicti Comunis, & hominum de Rodigio, omne & quodli-
„ bet Terraticum impositum Clericis aliquibus, & cujuscumque Juris-
„ dictionis Venerabilis Patris Domini Bonazonte Dei gratia Episcopi
„ Adriensis, & ejus Diecesis sibi subjectis, & hoc fecit in mani-
„ bus, & ad petititionem dicti Domini Episcopi recipientis, &
„ stipulantis nomine Clericorum suorum, & sue Jurisdictionis, &
„ Ecclesiarum sibi subjectarum, & promittendo dicto Domino Epis-
„ copo nomine predictorum Clericorum & Ecclesiarum Syndicario
„ nomine predicti Vice Comitis Consiliorum & hominum, & Co-
„ munis Terre Rodigii restituere eidem Domino Episcopo quidquid
„ occasione Terratici solutum esset dicto Comuni, vel alicui suo
„ offitiali per aliquem Clericum sue Jurisdictioni suppositum, &
„ quod nullam exationem faciet de cetero de ejus sua Jurisdictio-
„ ne, & hoc promisit attendere, & observare, & non contraveni-
„ re sub pena centum librarum, & obbligatione bonorum dicti
„ Comunis.

„ Insuper predictus Syndicus supplicavit predicto Domino Epis-
„ copo nomine predictorum Comunium, ut ipse Dominus Episco-
„ pus una cum Clericis sue jurisdictioni suppositis debeat provide-
„ re, & sibi placeat providere hominibus Comunitatis Rodigii in
„ certa pecunie quantitate occasione laboreris aggerum, & labore-
„ ris Pontis Rodigii, quæ laborerii fuissent facte ad utilitatem di-
„ ctorum Clericorum, qui Dominus Episcopus respondit, quod au-
„ divit totum, & faciet quod sibi placebit.

„ Actum Ferrarie apud Ecclesiam S. Alexii presentibus D. Ma-
„ theo de Ravenna Presbytero de Ravenna, & Presbytero Johan-
„ ni Capellano dicti Episcopi.

„ Ego Benazontus de Bursariis de Mantua Imperiali auctoritate No-
„ tarius ex concessione Venerabilis Domini Patris Bonazonte dei
„ Gratia Episcopi Adriensis, qui mihi Notario commisit Breviatu-
„ ras prefacti Bonaventure, auctoritate ipsius prout in Breviaturis
„ olim Bonaventure Notarii de Ricardis de Mantua prefactum In-
„ strumentum vivum, & non cancellatum inveni, ita per ordinem
„ fideliter exemplavi & scripsi, & in publicum redegi, nihil ad-
„ dens, vel minuens, nisi forte punctum vel litteram, per quod
„ sensus aut intellectus ipsius Instrumenti mutetur, sub Nativitatis
„ Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo Indictione un-
„ decima.

„ Ego Joannes Antonius Baurii Curiæ Majoris Serenissimi Prin-
„ cipis Nostri Venetiarum Notarius suprascriptum exemplum Car-
„ tarum unius cum dimidia sumptum ex Cathastico Episcopatus
„ Adriæ in Cancellaria Majori præfacti Serenissimi Principis existen-

„ te

„ te sumpsi & transcripsi, & in finem me subscripsi, & Sigilli „ Sancti Marci impositione munivi.

„ Franciscus Cimante Cancellarius Episcopalis Adriæ suprascri„ ptum Exemplum ex consimili authentico manu sibi fida exem„ plare fecit, & quia concordare invenit in fidem se subscripsit & „ Episcopali Sigillo munivit hac die octava Mensis Julii MDCLXXVI·

Ex quibus authenticis Documentis palam fit Episcopum *Bonajunctam* supradicto *Bonifacio* fuisse subrogatum usque ad annum 1288., proptereaque manifeste apparet Firmanum Chronicon MSS. ab Ughellio relatum, ut supra in *Bonifacio* Episcopo observavimus, falli omnino in prædicta narratione, quia eodem anno 1291. non *Bonifacius*, sed *Bonajuncta* Adriensis regebat Ecclesiam; nec certe illo anno Civitas nostra Adriæ in Æmilia fuit occupata, & capta a Saracenis, ac multo minus eversa, ut legentibus eorum tempoporum Historias videre est.

Idem insuper Antistes elegit anno 1301. XVII. Kal. Julii Vicarium suum Concilio Provinciali Ravennæ *Joannem* Abbatem Gavellensem, ex Archivo Pomposiano Cap. L. IV. 21. Anno vero 1304. die decima quarta Junii primum lapidem posuit Monasterii Monialium Sanctæ Agathæ de Lendinaria Ordinis S. Benedicti Diœcesis Adriensis, ut ex Documento evincitur quod est in Tabulario Episcopatus Cathastico B. pag. 75., & hoc Monasterium census nomine Episcopatui nostro persolvit octo libras ceræ laboratæ. Item fuit acquisita ac ampliata per dictum Episcopum a Comitibus Sancti Bonifacii Domus Episcopalis in eadem Terra una cum quatuor Campis terrarum circumcirca, quæ Bona Episcopi Adrienses hodie non

te-

tenent, & quomodo vel qua de caufa iifdem bonis fpoliati fuerint, omnino nos latet. Hic tamen Antiftes plura fuæ Ecclefiæ loca ab aliis iniquo jure ufurpata recuperavit, prout ex quodam Memoriali adfervato in hoc Tabulario Adrienfi, ubi *Bonajuncta* inter cetera inquit: „ Verum cum attriti fenio contra ipfius Ecclefiæ, & „ nomine jura occupantium laborare amplius nequivimus, vobis Suc„ cefforibus noftris ad futurorum memoriam relinquamus antidotum „ pretiofum, quo quid deceat, & animabus veftris expediat adver„ tatis; nihilominus requirentes vos, & obfecrantes per vifcera Je„ fu Chrifti, ut ad levamen ipfius veftræ Matris Ecclefiæ veftros „ renes potentialiter accingatis contra infrafcriptos, qui præmiffa „ bona Dei, & Ecclefiæ a Sacratiffimis Auguftis & Romanis Pon„ tificibus, qui ipfam Ecclefiam in bonis multiplicibus dotaverunt, „ viriliter infurgatis, quantum cum Deo permittitur & juftitia per„ fuadeat, ut a Deo & a Beato Petro Patrono noftro Principe „ Apoftolorum mereamini percipere gratum munus. Nomina autem „ detinentium bona noftra funt hæc, &c.

Singulari denique amore, pietateque hanc Ecclefiam hic Epifcopus gubernavit, & miro ftudio laboravit, ut vitia, quæ irrepferant, corrigeret, chriftianorum & præfertim Clericorum mores componeret, totamque Diœcefim fuam reformaret. Senex mortem oppetiit anno 1306. IV. Idus Decembris.

Multa quoque fcripfit *Bonajuncta*, & præfertim promulgavit Officium proprium Sancti *Bellini* Epifcopi Patavini & Martyris, nec non hujus Diœcefis Patroni anno Domini 1288., quo inventum fuit Sacrum Corpus, ac translatum in Plebanam Ecclefiam tunc Sancti

Mar-

Martini, & postea Sancti *Bellini* usque modo nuncupatam, atque in ampliorem & nobiliorem formam piorum Eleemosynis, a fundamentis erectam anno 1640., ut suo loco dicemus.

XXXVI.

JOANNES IV. qui fuit Minorum aut Humiliatorum Ordinis, neque enim constat, renuntiatus fuit Adriensis Episcopus anno reparatæ salutis 1307. De eo proferimus sequens Documentum ab Archivo Asceterii Sancti Silvestri Ordinis S. Benedicti Ferrariæ desumptum.

„ In nomine Domini Amen. Millesimo trecentesimo octavo, In„ dictione VI. die tertio Augusti Bononiæ in Domo Fratrum Hu„ miliatorum Sancti Jacobi de Sabina de Bononia presentibus Fra„ tre Anthonio preposito dicte Domus, Fratre Alberico de Este, „ & aliis testibus ad hec vocatis & rogatis. Venerabilis Pater Do„ minus Frater *Johannes* divina permissione Episcopus Adriensis, per „ se suosque subcessores fuit confessus & contentus mihi Thome in„ frascripto notario tamquam publice persone stipulanti & recipienti „ nomine, & vice Reverende Domine Domine *Margarite* Abbatisse „ Monasterii Sancti *Silvestri* de Ferraria, Dominarum *Alde*, *Isabete*, „ *Cataline*, *Agnetis*, & aliarum Dominarum monialium loci predi„ cti, & ipsius loci, se a dicta Domina Abbatissa habuisse, & re„ cepisse integram solutionem & satisfactionem de modiis sexagin„ ta frumenti, que dicta Domina Abbatissa vendiderat una cum „ dictis monialibus dicto Domino Episcopo pretio solidorum sex

„ par-

„ parveorum, ut de dicta venditione patet publico infrascripto ma-
„ nu mei infrascripti notarii, millesimo trecentesimo septimo, in-
„ dictione quinta die XVII. Junii, renumptians ultronee non habi-
„ to, & non recepto dicto frumento, seu pretio ipsius, & omni
„ juri & de omni eo & toto quod dicta Domina Abbatissa nomi-
„ ne suo & loci predicti teneretur seu teneri appareret ipsi Domi-
„ no Episcopo ex quacunque causa vel modo & maxime ex vigo-
„ re cujusdam instrumenti scripti manu Johannis filii ser Boniacobi
„ de Campora notarii, & generaliter ex vigore alterius promissionis
„ per quam eidem reperiretur teneri, liberans, & absolvens eam-
„ dem, & monasterium predictum, & mihi notario infrascripto re-
„ cipienti nominibus suprascriptis pactum faciens de ulterius non
„ petendo, promittens per se suosque subcessores mihi infrascripto
„ notario tanquam publice persone stipulanti & recipienti nomine
„ dicte Domine Abbatisse monialium, & loci predicti predictam
„ solutionem & omnia & singula suprascripta habere perpetuo gra-
„ ta, rata, & firma, & contra ea vel aliquid predictorum non fa-
„ cere vel venire aliqua racione vel causa de jure vel de facto sub
„ pena librarum quinquaginta quorum stipulatione, promissa, que
„ pena toties commitatur & possit exigi quocies contra predicta vel
„ aliquid predictorum fuerit contrafactum, & pena soluta vel non
„ contractus firmus perduret, volens & mandans omne instrumen-
„ tum in quo inveniretur dictam Dominam Abbatissam seu mona-
„ sterium ipsi Domino Episcopo esse in aliquo obligatum, esse ca-
„ psum, & vanum, & nullius valoris vel momenti, & ipsa cassari
„ & irritari debere.

„ Ego

„ Ego Tholomeus quondam Berchamuti de portu veneris Imperiali „ auctoritate notarius his omnibus presens rogatus scripsi „.

Hic animadvertas velim non satis ex documenti verbis constare an venditio ab Episcopo vel ab Abbatissa facta fuerit. Præterea notandum est pretium solidorum (nisi error subsit) sex parvorum pro sexaginta modiis frumenti, quæ hodie valerent tercentos ducatos auri, seu florenos ad minus.

Ex Tabulario autem Archiepiscopali Ravennæ Caps. Q. 9290. colligimus *Guidonem* Abbatem Vangaticiensem vicariam operam ipsi *Joanni* impendisse in Concilio Provinciali coacto anno 1309. die decima Septembris, Indictione IX. in Urbe Bononiensi *Raynaldo* Archiepiscopo Ravennate. De eo Concilio verba facit etiam Rubeus pag. 520. actumque in ipso de Templariis asserit eodem tempore quo Concilium Œcumenicum in ea causa Templariorum indixerat Clemens V. Romanus Pontifex; & meminit idem Historicus Ravennas *Joannis* Episcopi Hadriani, qui coegit Rhodigii sacratos suos viros. Sed Concilium Viennense in causa Templariorum serius habitum fuit, hoc est annis 1311. & 1312. In Conciliis tamen particularibus ante generalis celebrationem instituebatur examen super eorum criminibus, & via parabatur ad ea quæ postea secuta sunt; & Romanus Pontifex inter cæteros *Raynaldum* Ravennatem & Archiepiscopum Pisanum deputaverat ad hæc examina conficienda in eorum jurisdictionibus.

Insuper anno 1314., die tertia Aprilis Antistes *Joannes* Synodum celebravit Lendinariæ, pro ut ex vetusto Originali in Membranis adservato Rhodigii in Cancellaria Episcopali Adriensi, cujus initium hujusmodi est.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo
„ trecentesimo quartodecimo, Indictione duodecima, die tertio in-
„ trante Aprilis Lendinariæ in Episcopali Palatio. Factæ, lectæ, &
„ promulgatæ, ac approbatæ fuerunt infrascriptæ Constitutiones, ac
„ ordinamenta in plena Synodo Generali per Venerabilem Patrem
„ Dominum Fratrem Joannem permissione Divina Episcopum A-
„ driensem de consensu & voluntate Capituli majoris Ecclesiæ A-
„ driensis videlicet Domini Lanzoriti, D. Manfredi, Dom. Petri,
„ Domini Bonfadi, Joannis de Guarneriis, Jacobi Brandulis, Gre-
„ gorii, & aliorum Canonicorum Adriensis Ecclesiæ, & de consen-
„ su & voluntate omnium Prælatorum, & Clericorum Diœcesis A-
„ driensis in Synodo existentium, omnibus prædictis infrascriptas
„ Constitutiones approbantibus, & ratas & firmas habentibus in
„ præsentia mei Notarii infrascripti Domini Stephani Abbatis San-
„ cti Gregorii de Fossone Culiginensis Diœcesis, Fratris Gerardini
„ de Ordine Minorum Mathæi filii, Magnifici Petri de Clugia, Li-
„ pi quondam Guidoti de Barzis Bononiensis Diœcesis, & aliorum
„ Testium. Quarum Constitutionum tenor talis esse dignoscitur „.

„ De electionibus, postulationibus, & nominationibus R. C. I.

„ Cæteris omissis usque ad Capitulum CXXX.

„ Ego Joannes filius D. Danielis Notarius de Rhodigio Imperiali
„ auctoritate Notarius omnes supradictas Constitutiones de Manda-
„ to dicti Domini Episcopi, Capituli, & Synodi Adriensis scripsi,
„ & earum publicationi, & promulgationi, & omnibus & singulis
„ suprascriptis interfui, & præsentibus testibus suprascriptis.

„ Ego Jacobus filius quondam spectati ser Thomæ de Malaguginis Civis

„ &

„ & publicus Imperiali auctoritate Notarius Rhodiginus ; nec non
„ Reverendiss. in Christo Patris & illustris D. D. Nicolai Mariæ
„ Estensis Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Adriensis digniſ-
„ simi Notarius & ejus Curiæ Episcopalis Adriensis Scriba, supra-
„ scriptas seu ultrascriptas Constitutiones Synodales de Mandato &c.
„ fideliter transumpsi, & exemplavi &c. de anno millesimo quin-
„ gentesimo quinto, Indictione octava, die trigesimo Maii &c.

De eodem denique Episcopo *Joanne* silentio præterire nolumus sequens Documentum, quod existit in laudato Libro signato G. 8.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo
„ tercentesimo quartodecimo Indictione XII, die decimaquinta Men-
„ sis Decembris in Camera Episcopali Palatii Rodigii presentibus
„ Rev. viro D. *Guidone* Abb. Monasterii Sanctæ Marie de Vanga-
„ ditia & D.D. Henrico Scrovegno de Padua, Contardo Milite de
„ Roma, Guidone Judice de Mantua, Vitale Vicario infrascripti
„ Patris, Bertineo de Bononia, Hyppocrate Archipresbytero Ro-
„ digii, Tartarino de Lendenaria, Fratribus Nicolao, & Gerardino de
„ Ord. Minorum, Bonmercato Notario de Ferraria, Testibus voca-
„ tis & rogatis. Constitutus in presentia Venerabilis Patris Domi-
„ ni Fratris *Joannis* permissione Divina Episcopi Adriensis Magnifi-
„ cus Vir D. *Aldrovandinus* natus olim Magnifici Viri D. *Obizonis*
„ Estensis, & Anconitani Marchionis ab ipso cum instantia postula-
„ vit se investiri tanquam Vassallus Episcopatus, & Ecclesie Adrien-
„ sis de omnibus & singulis Feudis, decimis, & Livellis, & Ju-
„ ribus Emphiteoticis, & aliis, que quondam Pater ipsius, & Fratres
„ D.D. Azo, & Franciscus, & alii sui progenitores hactenus ha-

R 2 „ bue-

„ buerunt, tenuerunt, & possederunt ab ipso Episcopatu & Ecclesia „ Adriensi.

Omissis &c.

„ Et ego Henricus Notarius fil. q. Antonii Vezati de Rodigio „ his omnibus presens fui, & rogatus scribere scripsi „.

Hanc moderatus est Ecclesiam Adriensem *Joannes* annis decem, summoque labore studuit, ut Cleri mores ad pietatem, ac Ecclesiasticam Disciplinam omnino redigerentur. Excessit e vita anno 1317.

XXXVII.

ÆGIDIUS Pontifex Adriensis subscripsit anno 1317. quatuor Brevibus *Joannis* XXII. Papæ Avenione datis, primo quidem die 25. Mensis Martii, cæteris Mense Aprilis. Id colligitur ex vita Italica Sanctæ Christinæ, quam edidit anno 1632. Ignatius Guiducci Monacus Vallumbrosanus, nec non Abbas S. Christinæ. Ibi in libro 3. cap. 6. allegantur Indulgentiæ a pluribus Præsulibus, pro more illius Ævi, concessæ visitantibus Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ a Sancta Humilitate ædificatam, tum in majoribus Festivitatibus atque Dominicis per annum, tum præcipue in die natali ipsius Sanctæ, per quatuor Brevia Avenione, ut diximus, expedita anno ut supra, subscribentibus „ *Isnardo* Patriarca Antiocheno, *Raimundo* „ Andrinopolitano, *Petro* Nazareno, *Bartholomæo* Ragusano, Archie„ piscopis; Episcopis vero *Benedicto* Suacinensi, *Guillielmo* Cumanen„ si, *Guattero* Giennensi, *Petro* Cittanovano, *Gottiphredo* Brachilen„ si, *Ægidio* Adriensi, *Petro* Narniensi, *Bartholomæo* Cernensi, *Fer*-

„ *di*-

„ *dinando* Cordubensi, *Guillielmo* Tartariæ, *Joanne* Nepensi, *Hugone* „ Placentino, *Coiordano* Avenionensi, *Petro* Corbacensi, *Guidone* Astien- „ si, *Joanne* Tectehensi, & *Aimone* Arbensi „. Hi tamen ex primo Brevi ab infra laudando *Hippolito* Carbonio, cum nonnulla diversitate nominum ac titulorum sic exprimuntur pag. 21. „ *Isnardus* Pa- „ triarcha Antiochiæ, *Raimundus* Andrinopolitanus, Bartholomæus „ Ragusinus, *Petrus* Nazarenus Archiepiscopus, *Petrus* Civitatis no- „ væ, *Godifridus* Brachilensis, *Bartholomæus* Suaciniensis, *Bartholo-* „ *mæus* Cerniensis, *Gullielmus* Camanensis, *Hugo* Placentinus, *Joan-* „ *nes* Avisionensis; *Petrus* Corbaciensis, *Bartholomæus* Brachalensis, „ *Petrus* Navariniensis, *Petrus* in Dominio Tartarorum, *Gutter* „ Giennensis! *ÆGIDIUS ADRIENSIS* Episcopus", ut apud Bollandum Tom. 5. ad diem 22. Maii pag. 204.

XXXVIII.

SALION ex illustri Familia Patavina Buzzacarinorum progenitus, Canonicus Cathedralium Patavii & Adriæ, Carrariensium auctoritate Episcopali sede Adriensi potitus est circa annum 1318., cujus Episcopatus, *Azzone* Estense tamen frustra prohibente, possessionem iniit, ut refert Portinarius in Hist. Patavina lib. 9. cap. 8. Hanc electionem patet sequutam dicto anno ex sequenti petitione facta ab illustribus Viris Dominis *Rainaldo*, & *Obizone* Fratribus Athestinis & Anconæ Marchionibus, quæ est infra, habeturque in Libro signato G. 8 hujus Archivii.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo ter-

„ tercentesimo decimo octavo, Indictione prima, die octava Ju-
„ lii Ferrariæ in Palatiis Dominorum Marchionum Estensium juxta
„ Tarsinum præsentibus Nob. Milite Domino Varini de Caveza-
„ nis, Macaruso de Macarusis, Majo Notario Curiæ, Domino
„ Lanza Canonico Ferrariense, & aliis. Illustres Viri Domini
„ *Rainaldus*, & *Obizo* Fratres Dei gratia Estenses, & Anconitani
„ Marchiones fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Reverendum
„ Virum Dominum Bonalbergum Canonicum Ferrariensem presen-
„ tem, & volentem, suum certum Nuncium, missum, & Procu-
„ ratorem specialem ad petendum a Venerabili Patre Domino *Sa-
„ liono* de Buzzacarinis Dei Gratia Episcopo Adriense Investituram
„ omnium Feudorum, que ipsi, pater eorum, & sui antecessores
„ tenent, & soliti sunt tenere ab Episcopatu Adriensi. In terris,
„ Vallibus, Pascuis, Nemoribus, & Decimis, Cultis, & Incultis,
„ Juribus, & Jurisdictionibus quibuscumque tam de ipsa Civitate
„ Adrie, & Jurisdictione ipsius, quam de Terris, Locis, & Villis
„ ad ipsos Dominos Marchiones spectantibus dicto jure Feudi,
„ quantum est pro dimidia pro Indiviso ad ipsos spectante cum
„ *Bertoldo* eorum Consanguineo: & ad recipiendam ipsam Investi-
„ turam a prefacto Venerabili Patre Domino Episcopo Adriense
„ de ipsis bonis, & Juribus quibuscumque. Et ad jurandum fi-
„ delitatem dicto Domino procuratorio nomine eorum. De at-
„ tendendis, & observandis hiis, que Vassali Dominis jurant, & at-
„ tendere debent secundum formam Capituli juramenti fidelitatis
„ Vassalorum. Et generaliter ad omnia & singula facienda, que
„ in predictis fuerint opportuna, & sine quibus predicta perfici

„ pos-

„ possent. Promittens mihi Notario stipulanti nomine quorum in„ teresset, vel intererit, se firma, rata, & grata habituros, que „ per dictum eorum Procuratorem facta aut dicta fuerint circa „ predicta sub hypothecha suarum rerum.

„ Ego Albertinus quondam Domini Jacobini de Rodigio Nota„ rius Curiæ Dominorum Marchionum presens, & rogatus scribe„ re scripsi.

Interfuit *Salion* anno 1326. Consecrationi Ecclesiæ Parochialis Sancti Laurentii Urbis Patavii una cum Nazareno Archiepiscopo ex Ughellio in Nazarenis Tom. 8., & ex Salomonio in Inscriptionibus Urbis Patavinæ pag. 311., ubi legimus, ut infra.

MCCCXXVI. Indict. IX. Mensis Junii in Festo S. Barnabæ consecrata fuit ista Ecclesia in honorem S. Laurentii cum tribus Altaribus B. Mariæ Virginis, B. Laurentii, & B. Silvestri per Venerabiles Patres Petrum Archiepiscopum Nazaretanum, SALIONEM EPISCOPUM ADRIENSEM, Guidonem Abbatem Vangaticiæ, Conradum Archipresbyterum & Gufredum Vicarium Domini Episcopi, & per alios multos Prælatos, & Clericos cum Indulgentia trium annorum, & trium quadragenarium semper eodem die & per Octav. Hoc factum fuit sub regimine Presbiteri Simeonis.

Obiit autem Salion anno 1327. IV. Kalendas Septembris, pro ut ex Necrologio Monasterii Sancti Gregorii Venetiarum apud Clar. Virum Flaminium Cornelium in Ecclesiis Venetis Dec. XII. pag. 367.

XXXIX.

SUPERANTIUS quondam *Jacobi* Lambertucci Decretorum Doctor de Cingulo, Vicarius *Guidonis* Episcopi Ferrariensis, & Præpositus Ecclesiæ ejusdem, ex actis Ugutionis de Monticulo in Archiepiscopali Archivo Ferrariæ anni 1318. electus est Episcopus Comaclensis a *Joanne* XXII. anno 1327. X. Kalend. Decembris; deinde translatus ad hanc Ecclesiam XIII. Kalend. Martii 1328. Demum V. Idus Octobris 1329. ab Adriensi Sede ad Cerviensem Episcopatum traductus fuit. Vaticana Regesta rem claram faciunt, & vide Additiones ad Ughellium in Episcopis Comaclensibus. Per hæc tempora translationes Episcoporum, quæ raro olim fiebant, communiores fieri ceperunt.

Ex Annalibus autem Camaldulensibus Tomo 5. pag. 340. colligitur hunc Antistitem *Superantium* interfuisse die 16. Julii, Indictione duodecima anni 1329. una cum *Guidone* Regino, *Guidone* Mutinense, & *Guidone* Polensi Episcopis Consecrationi peractæ sub vocabulo Sanctæ Catherinæ Virginis ab *Hugolino* Episcopo Cremonensi Altaris constructi in Ecclesia Sanctæ Christinæ de Bononia, habita jam facultate ab *Arnaldo* Episcopo Bononiensi. Consecrationis pagina est hujusmodi sumpta ex Tabulario parthenonis Sanctæ Christinæ prædictæ.

„ Noverint universi presentes literas inspecturi, quod nos frater
„ Hugolinus Dei & apostolice Sedis gratia Cremonensis Episcopus
„ habita licentia ad cautelam rev. in Christo patris, & Domini

Domi-

„ Domini Arnaldi dicta gratia Bononienſis Epiſcopi, cujus quidem literere tenor ſigillo dicti patris munite talis eſt. Rev. in Chriſto patri Domino fratri Hugolino Dei gratia Epiſcopo Cremonenſi Arnaldus eadem & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Bononienſis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Cum abbatiſſa & moniales monaſterii Sancte Chriſtine Bononien. ordinis Camaldulenſis quoddam altare conſtructum in eccleſia dicti monaſterii conſecrari proponant facere, nos ad ſupplicationem rev. patris Domini Guidonis Dei gratia Regini Epiſcopi cupientes in ſuo laudabili propoſito confovere, paternitatem veſtram requirimus & rogamus, quatenus altare hujuſmodi juxta ritum, quem in hoc ſervat Sancta Mater Eccleſia, dignemini de noſtra licentia conſecrare, quam vobis tenore preſentium elargimur. Concedentes tamen vobis, quam aliis Epiſcopis in conſecratione hujuſmodi exiſtentibus licentiam indulgentiam ſolitam concedendi. Datum in caſtro noſtro Unzolæ noſtræ Dioceſis ſub ſigillo noſtro. A tergo die XV. Julii, indictione XII. in Eccleſia Sancte Chriſtine de Bononia ordinis Camaldulenſis, quæ eſt exempta, unum altare erectum & conſtructum ibidem ſub vocabulo beate Catherine Virginis in latere ſiniſtre partis dicte eccleſie ſolempniter conſecravimus ſecundum morem & ritum Sancte Romane eccleſie conſuetum. Ad cujus altaris conſecrationem & miſſe ſollempnis celebrationem reverendi in Chriſto patres Dominus *Guido* Reginus, Dominus *Guido* Mutinenſis, Dominus SUPERANTIUS ADRIENSIS, Dominus *Guido* Polenſis Epiſcopi perſonaliter venientes, & ibidem ſuam preſen-

„ tiam exhibentes, ipsi & nos de licentia dicti patris Domini Bo-
„ noniensis Episcopi pro reverentia dicte consecrationis & devo-
„ tionis beate Catherine Virginis omnibus & singulis vere peni-
„ tentibus & confessis, qui pro devotione dicte consecrationis ad
„ eamdem ecclesiam ea die venient vel venerunt, omnem indul-
„ gentiam, quam potuimus, similiter ipsi nos concessimus in re-
„ missionem peccatorum suorum. In quorum omnium testimonium
„ presentes literas exinde fieri fecimus, & nostri sigilli appensione
„ muniri. Sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo no-
„ no indictione duodecima die Dominico sexto-decimo mensis
„ Julii.

Sigillum pendebat.

Finem vivendi fecit *Superantius* anno 1342. Hic in Cingulana patria Ecclesiam S........ fundavit, & dotavit, ut inscriptio, quæ ibidem prostat, palam facit: est autem hujusmodi:

Anno Domini M. CCC. XXXVI.
De Mense Septembris
In Festo Sancti Hieronymi
Quod fuit ultima die ejusdem Mensis
Reverendissimus Pater Dominus
Superantius
Quondam Jacobi Lambertucci
de Cingulo
Decretorum Doctor Episcopus Cerviensis
propriis manibus fundavit,
& de propriis bonis dotavit hanc Ecclesiam

&

& Mathiolus ejus hæres
eam fecit compleri post mortem
dicti Domini Episcopi.
Fideles ergo cuncti rogantur
ut Deum pro ipsis rogare
Dignentur.

X L.

BENVENUTUS, dum sæculo viveret *Bartholomæus* Borghisinus, ex Ordine Prædicatorum huic Ecclesiæ Adriensi Præpositus est cum *Superantius* translatus ad Cerviensem Episcopatum fuisset, ut modo diximus, per Litteras Apostolicas datas Avenione XIII. Kalend. Novembris Joannis Papæ anno XIV., idest Christi 1329. Designatus, & consacratus igitur Episcopus Adriensis una cum *Guidone* Mutinense, & *Superantio* Cerviense Episcopis, *Egidio* Gallutio de Ferraria, *Lamberto* de Cingulo Dominicanis Inquisitoribus contra Hæreticam pravitatem XII. Kalend. Augusti postulationem accepit adversus Mutinenses aliquot Sacerdotes, & quemdam Canonicum Regiensem, ac *Orlandinum*, qui se Mutinensem, & alterum qui se Novariensem Episcopos appellabant, & *Ludovici* Bavari partibus adherentes, mandante Summo Pontifice sacris interdixit.

Anno vero 1339. die 25. Januarii ad usum Regni *Benvenutus* fiduciario jure tradidit, atque concessit illustribus & Magnificis Dominis *Obizoni*, & Nicolao Athestinis, & Anconæ Marchionibus Decimas, seu decimationis jura in fundis, & pertinentiis Terra-

rum Lendinariæ, Bornii, Longalis, & Villænovæ de Gaibo. Tenor Instrumenti est hujusmodi existentis in Cathast. ✠. pag. 308.

„ In nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo trigesimo nono, Indictione VII. tempore D. Benedicti Papæ XII. die 25. Januarii. Reverendus in Christo Pater D. F. *Benvenutus* Dei & Apostolice Sedis Gratia Episcopus Adriensis per se suosque Successores, &c. dedit, & concessit in Feudum, & jure Feudi ad usum Regni discreto Viro de Petrazolo filio quondam Thome de Arquada Procuratori illustrium & Magnific. D.D. *Obizonis* & *Nicolai* Estensium Marchionum in solidum, & suorum filiorum, & heredum masculorum ex eis legitime descendentium Decimas, seu jura Decimationis, que quondam consueverunt teneri ab antiquo jure Feudi per D. quondam *Riziardum* vocatum Tartarum filium D. Alexandri Capitanei de Lendinaria ab Episcopatu, & Ecclesia Adriensi in fundis, & pertinentiis Terrarum Lendinarie, Bornii, Longalis, & Ville Nove districtus Lendinarie, &c.

„ Actum in Palatio Episcopali de Rodigio, presentibus sapiente Viro D. Leonardo de Burgo S. Sepulcri dicti Domini Episcopi Vicario Generali, ser Joanne, &c.

His temporibus Episcopi & præsules formula illa uti ceperunt *dei & apostolicæ sedis gratia*, superioribus seculis nondum invecta.

Præterea, sub *Benvenuto* in prædicto anno 1339. die XIII. Novembris, Indictione VII. in Villa Portus Gauri, vulgo *Porto di Goro* Diæcesis Adriensis ad honorem Dei, & sub vocabulo Sancti *Juliani* Martyris fuit ædificatum Oratorium, sive Ecclesia in subsidium

dium Curæ Adriani ex conceſſione ejuſdem Epiſcopi. Hanc memoriam hic addere opportunum viſum fuit quam in Cathaſtico veteri, qnod habetur in hoc Archivo, invenimus.

Anno quoque 1343., Indictione XI. ut ex Joanne Petro Ferretti in Opuſculo MSS. pag. 25. tergo, erexit *Benvenutus* Rhodigii Capellam in honorem Sancti *Nicolai* Myrenſis Pontificis cum domibus adiacentibus de bonis ſuis Patrimonialibus; & eodem anno in Feſto ejuſdem Beati *Nicolai* Altare ipſius Sancti dedicavit, in quo fuerunt repoſitæ Reliquiæ Sanctorum *Nicolai*, *Geminiani* Epiſcopi, *Chriſtophori & Petri* Martyris ex Ordine Prædicatorum, quo etiam anno, & die feſti, & conſecrationis Altaris prædicti conceſſit Indulgentiam cuilibet viſitanti vere pœnitenti, & confeſſo quinquaginta dierum; & in die octavæ decem dierum ad perpetuam rei memoriam. In his laudatis Ædibus adhuc habitant Epiſcopi Adrienſes, quæ poſtea ampliatæ in Palatii formam fuerunt redactæ. Plura denique jura, quæ Eccleſiæ ſuæ Adrienſi perierant, recuperavit. Vixit in Epiſcopatu annos decem & novem, Bononiæque mortalitate ſolutus eſt 1348., & apud Dominicanos ſuos ſepultus fuit, ubi ante præſentem Templi reſtaurationem ſemidirutus ſepulcralis lapis cernebatur cum ejus effigie Pontificaliter inſculpta, circumque eam ſequens Epitaphium etiam ab Ughellio relatum, ubi *Bartholomæus* non *Benvenutus* nominabatur.

S. . . . . Bartholomæ . . . . Ordin. Fratrum Prædicatorum Epiſcopus Adrienſis, qui obiit Anno Domini M. CCC. XLVIII.

XLI.

XLI.

B. ALDOBRANDINUS Ateſtini Marchionis *Raynaldi* III. filius divinis humaniſque litteris inſtructus *Benvenuto* ſuffectus eſt a *Clemente* VI. anno 1348. 14. Kalend. Aprilis. Die vero tertia Maii 1349 auguratus fuit in Terra Rhodigii per Dominum Epiſcopum Thyberiadenſem, Epiſcopum Cervienſem & Epiſcopum........... & alios Abbates: propter quod honorabilis Curia facta eſt ibi, prout legitur apud Muratorium Rer. Italicarum Tom. XV. pag. 453. Eodem anno, die nona Decembris inveſtivit idem Epiſcopus de tota Villa Alberonis ſita in Territorio Ferrarienſi, & in Vico Guardiæ Diœceſis Adrienſis, ſicut liquido apparet ex Inſtrumentis quorundam de Marocellis, ſive de Maloccellis de Ferraria in aliquibus eorum Inveſtituris anno, & die ut ſupra; & in alio pariter Inſtrumento anni 1352. per *Guidonem* de Bayſo Vicarium ſubſtitutum a Vicario Generali Domini Fortunerii tunc Archiepiſcopi Ravennatenſis de rebus poſitis in Villa Criſpini, ac de rebus Villæ Grumoli. Hic Antiſtes quattuor annos ſumma cum laude hanc rexit Eccleſiam; poſtea ad Mutinenſem translatus; indeque ad Ferrarienſem, ubi anno 1381. die 30. Octobris obdormivit in Domino, & ſepultus fuit in Sacello divæ Catharinæ in Eccleſia Cathedrali, quam inſtituere cogitabat una cum Capella Beneficioque Sacerdotali perpetuo, quæ omnia complevit Thomas de Marchapiſcibus ejus in Epiſcopatu Succeſſor, & circa tumulum, in quo ejus oſſa jacuerunt, legebatur.

Hic

Hic jacet Rev. in Xpõ Pater & Dñus Dñus Aldobrandinus de Domo Estensi Episcopus Ferrarien. qui obiit Anno Dñi M. CCCLXXXI.

Aldobrandinus & *Azzo* filii quondam *Rainaldi* Marchionis Estensis in Beatorum numero relati a *Guidone* Episcopo Ferrariæ, ut inquit Libanorius in Ferraria aurea part. I. pag. 52.

XLII.

JOANNES V. Senensis Ordinis Minorum Conventualium die 15. Kalend. Februarii 1352. datus est Successor *Aldobrandino* ab *Innocentio* VI. ut ex Ughellio, & aliis; quod & constat ex sequentibus Documentis.

„ Anno 1335 Indictione VIII. die 27. Septembris Ferrariæ in „ Contrata Sancte Agnetis in Domo infrascripti Domini Admini„ stratoris, testibus vocatis Reverend. in Christo Patre Domino „ *Joanne Episcopo Adriense*, venerando Viro Domino Angelo Vi„ cario dicti Domini Administratoris, Antonio de Curlo notario „ de Ferraria, Francisco de Costantinis de Argenta notario, ser „ Guilogallo de Maderio & aliis. Nos Frater Fortunerius Dei & „ Apostolice Sedis Gratia Sancte Ravennatensis Ecclesiæ admini„ strator inherendo vestigiis pie recordationis Dominorum Gualte„ rii, Gerardi, Philippi, & Bonifacii predecessorum innovavit „ jura Ecclesie sue Religioso viro Fratri Alexio Priori Sancte Ma„ rie de Vado Ferrarie. Scripto manu Rainerii de Pidiano nota„ rii filii Ugolini. " Et hoc ex Tabulario Abbatialis & Baptismalis

malis Basilicæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Vado Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris, olim Congregationis Renanæ Ferrariæ, desumptum est.

Præterea ex Additionibus ad Ughellium anno 1356., Indict. IX. die 14. Martii interfuit *Joannes* tabulis confectis a Domino de Petenariis de Regio notario, quibus *Fortunerius* Ravennæ Archiepiscopus cessit beneficiario jure *Alberico* Malvicino Fontanæ nonnulla bona apud Campium in Historia Placentina Tom. 3. pag. 12. Insuper publici juris fecit Joseph Aloysius Amadesius Append. Monumentorum Tom. 3. in Antistitum Ravennatum Chronotaxim num. 113. hujusmodi Documentum ex Archivo Archiepiscopali Ravennæ Capsa Q. Num. 1648.

„ Anno 1358., Indictione 12. Ferrarie die 11. Februarii in con-
„ trata Sancte Agnetis in Domo Panini de Sbugis, ubi habitabat
„ infrascriptus Archiepiscopus, presentibus *Fratre Johanne Episcopo*
„ *Adriensi* & Gulielmo Episcopo Comaclensi, & discretis viris Jaco-
„ bo de Salimbene Judice, & Beloto de Cumanis Judice habitatori-
„ bus Ferrarie. Frater Fortunerius Archiepiscopus Ravenn. conce-
„ dit Dominico filio quondam Flessi de Flessis de Portu majore, &
„ filiis ejus, & liberis habitantibus in Porto plebatu ejus Maderio,
„ vel Argenta jure livelli in 29. annis varias petias terre vineatas
„ & aratorias positas in dicta Villa Portus majoris jure septimi &
„ jure collecte S. Martini, & jure annone septem quartarum, &
„ jure in signum unam tertiam frumenti, tertiam partem pulli, &
„ totidem galline, & canipe, & jure quinti, & jure decimi, ubi
„ explicatur quid sit jus septimi; nempe septima pars integra fru-

„ ctuum

„ ctuum, decima pars integra pro jure decimi & quinta pars in„ tegra pro jure quinti cum pacto eundi ad placitum & districtum „ Sancte Ravennat. Ecclesie per acta Nicolai filii quondam Bona„ cursi de Brisiano Notarius Ferrarie Curie ipsius Archiepiscopi.

Neque prætereundum quod interfuit idem Episcopus *Joannes* Consecrationi Altaris atque Cœmeterii Ecclesiæ Sancti Jacobi Ferrariæ una cum Episcopis Cerviensi, & Comaclensi. Sic enim in Mensa integra ex rubro marmore dicti Altaris caractere, ut dicunt, Gotico, anno prædicto 1358., die 12. Maii legitur:

MCCCLVIII. Die XII. Madii sacratum fuit Altare & Cimiterium Postremum Ecclesie Sancti Jacobi per Dominos Episcopos ✠ Epũm Cerviēn̄s Per Dnũm Epũm Comaclensem & Per Dnũm Epũm Hadriensem tempore Dñi Domini Johannis de Eugubio.

Anno autem 1361. sub eodem Episcopo Ecclesia Sancti Stephani P. M. de Rhodigio fuit reædificata, ut docet sequens Inscriptio, quam etiam affert Comes Carolus Silvestri:

Hec Ecclesia reedificata fuit per S. Valanum Romanum q. D. Rainaldi de Abbatia tempore Reverend. in Christo Patris Domini. Fratri Joannis de Senis Dei Gratia Episcopi Adriensis sub anno Dominis

MCCCLXI. Indictione XIIII die primo Mensis Junii

Magister Franciscbus de Baronibus de Regio fecit hoc opus.

Tandem apud laudatum Amadesium ex Catastro Archivi Ferrariæ inscript. 2. 3. 4., modo extat in Tabulario Archiepiscopali Ravennæ pag. 64., Tom. III., num. 114. alterum quoque Instrumentum legitur anni 1361. Indictione XIV., in quo *Joannes* apparet tamquam Vicarius, & Procurator *Fortunerii* prædicti Archiepis-

T copi

copi Ravennæ, ut infra.

„ In Xp̄i Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo
„ trecentesimo sexagesimo primo Indictione XIV. Ferrarie in Ca-
„ nonica majoris Ecclesiæ in domo in qua habitat infrascriptus
„ Frater *Johannes* Adrien. Episcopus die IV. mensis Junii; presen-
„ tibus testibus vocatis & rogatis Johanne dicto Romagnento de
„ Burzellis, Johanne de Florentia, & Aloysio de Rubeis de Regio.

„ Nos Frater *Johannes*, Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopus
„ Adriensis Reverendi in Xpō Patris & Dñi Fratris Fortunerii
„ permissione divina & apostolice Sedis gratia Sancte Rav. Eccle-
„ sie Archiep. Vicarius & procurator ad infrascripta specialiter con-
„ stitutus, pro ut constare dixit publico Instrumento scripto manu
„ Nicolai Montatexii Not. de Ferraria nomine & vice ipsius Dñi
„ & Ecclesie Rav. Tibi Dominico de Flexo Fratri Flexi presenti
„ & recipienti nomine & vice Ysabete nepotis sue & filie quon-
„ dam Sancti Tossici, & pro se suisque filiis & liberis habitantibus
„ in Porto majori Plebatu ejus Maderio vel Argenta, pro qua pro-
„ mittis de ratihabitione, jure libelli in annis advenientibus vi-
„ gintinovem ad renovandum concedimus, vid. in primis unam pe-
„ tiam terre vineate de quattuor milliariis positam in fundo Porti
„ majoris ad canale, uno latere & uno capite vie publice, alio la-
„ tere Jacobus Facii de Vaccariis, alio capite Paganellus Ferrari-
„ xius jure septimi. Item unam aliam petiam terre vineate de
„ quattuor milliariis in dicto loco, uno lat. & uno cap. vie, alio
„ lat. Jacobus quondam Johannis Tossici, alio Jacobus quondam
„ Francischi Tossici jure decimi, vel si qui alii sunt confines ve-

„ rio-

„ riores, & has res tibi nomine predicto concedimus ut predictum
„ est cum introitibus ad habendum, tenendum, possidendum, labo-
„ randum, cultandum, & in omnibus meliorandum. Si tamen ju-
„ ste & rationabiliter a nobis petiisti, & ab aliis minime detineri
„ videntur, & si nos non decepisti in vera rei & pretii quantita-
„ te, & non sint de donnicatis vel de recadutis alias Ecclesie Ra-
„ vennati. Et dare, & reddere debeatis omni anno de suprascripta
„ petia terre que est jure septimi, septimam partem integram, &
„ de sequenti petia terre, que est jure decimi, decimam partem
„ integram de omnibus fructibus quos inde perceperitis conductam
„ & tritaratam per vos in Castrum Argente. Et Dñum Archie-
„ piscopum, suosque Successores & nuncios cum honore & reveren-
„ tia suscipere debeatis, opera & servitia facere, collecta, anno-
„ nam & manducatam secundum usum loci & quantitatem rerum.
„ Et non liceat vobis dictas res, aut jus vestrum dare, vel vende-
„ re, aut donare, vel permutare, nec derelinquere, nec ullo mo-
„ do alienare, obligare, vel impegnare, nec ulli ven. loco dare
„ vel relinquere nisi Sanctæ Rav. Ecclesie benefatrici vestre; nec
„ in guardiam vel obligationem, & commendationem alicujus mit-
„ tere, nec ad alterius placitum vel districtum pro dictis rebus ire
„ audeatis nisi ad nostrum Sancte Rev. Ecclesie, nec aliquando ad-
„ versus Sanctam Rav. Ecclesiam benefatricem vestram aliquid con-
„ tra justitiam tractare vel agere debeatis nisi propria caussa, quod
„ si contigerit eam tantum per justitiam ventiletis. Quod si hec
„ omnia & singula suprascripta non observaretis, non solum ipso
„ facto ab hoc contractu cadetis, verum etiam daturi eritis parti

„ Sancte Rav. Ecclesie ante omne litis initium aut pene interpel-
„ lationem nomine pene libras sexdecim bonenorum, & post so-
„ lutionem pene liceat actoribus Sancte Rav. Ecclesie sua auctorita-
„ te inde expellere, & quibus placuerit concedere, aut sibi retine-
„ re, & ad cautelam dictus Dominicus juravit tactis literis ad
„ Sancta Dei Evangelia, quod dicta Domina Ysabeta attendet, &
„ observabit omnia per ipsum promissa, & in dicto Instrumento
„ contenta sub dicta pena. Que omnia & singula suprascripta pro-
„ misit dictus Dominicus nomine predicto dicto Dño Fratri *Johan-*
„ *ni* presenti, stipulanti, & recipienti nomine & vice prefacti Dñi
„ Archiepiscopi & Ecclesie Rav. attendere & observare & non
„ contrafacere vel venire sub jam dicta pena & obligatione om-
„ nium suorum bonorum ptesentium & futurorum.

„ Ego Stefanus de Millio fil. q. Antonioli civis Cremonensis pub.
„ Imperiali auctoritate Notarius & Curie dicti Dñi Archiepiscopi
„ predicti interfui, & rogatus scribere scripsi & subscripsi cum so-
„ litis signo & nomine.

XLIII.

ANTONIUS Venetus ex vetusta atque nobili Familia Contarena, & ex Plebano Sanctæ Mariæ, Sanctique Donati de Muriano anno 1384. Mense Augusti ad Episcopalem Adriæ Sedem assumptus fuit, cujus nomen tantum (tacito agnomine & electionis tempore) affert Ughellius inter Adrienses Episcopus. Tom. 2. pag. 403. his verbis *Antonius Joanni successit* ex libro Provisionum Præ-

lato-

latorum. Quod autem *Antonius* Ecclesiam Matricem Murianensem administraverit, colligimus ex Clarissimo Viro Flaminio Comelio in Ecclesiis Torcellanis part. 2. pag. 70. Ejusdem autem Antistitis solummodo sequens Documentum in nostro laudato Archivo habemus a nobis desumptum ex vetusto originali in Membrana.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem nativitatis millesimo
„ trecentesimo octuogesimo sexto, Indictione IX., die nono mensis
„ Februarii, Ferrarie in contrata Sancti Romani in Canonica ma
„ joris Ecclesie Ferrariensis, & Domo Archipresbiteratus ejusdem
„ Ecclesie, in qua Domo infrascriptus Dominus Episcopus tunc re-
„ sidentiam faciebat, presentibus testibus vocatis & rogatis venera-
„ bili viro domino Christoforo priore hospitalis Domus Dei de Clu-
„ gia, Galeoto de Marinetis de Ferraria de contrata gosmarie &
„ aliis. Rever. in Xpõ pater & Dominus Dominus *Antonius Conta-*
„ *reno* de Venetiis Dei, & Apostolice Sedis gratia Adriensis Epis-
„ copus per se, & suos Successores in dicto Episcopatu, & vice
„ & nomine dicti Episcopatus investivit jure livelli perpetualis in
„ annis viginti novem advenientibus ad renovandum, solvendo pro
„ qualibet renovatione infrascriptarum rerum soldos viginti novem
„ parvorum, & tunc & semper alia livelli pagina hoc ordine re-
„ novetur, & solvendo, ac reddendo omni anno dicto Domino Epis-
„ copo & Episcopatui Adriensi in festo Sancti Stephani de Natali,
„ nomine pensionis infrascriptarum rerum unam libram piperis sub
„ pena dupli, Antonium quondam Johannis Foresii de Adria ibi
„ presentem, recipientem, & stipulantem nomine & vice Domine
„ Mathee sue uxoris, & filie quondam ser Bommercati de Men-

ghis

„ ghis de Adria, & pro ejus Domine filiis, & heredibus de me-
„ dietate pro indiviso infrascriptarum rerum tanquam de re ad di-
„ ctam dominam de jure veniente ex Successione dicti quondam
„ sui patris, & stipulantem etiam, & recipientem nomine, & vice
„ dicte Domine Mathee filii, pro quibus & eorum quolibet ipse
„ Antonius promisit de rato & rati habitione horum, & singulo-
„ rum in presenti instrumento contentorum sub obligatione omnium
„ suorum bonorum presentium & futurorum & pro eorum filiis &
„ heredibus de alia medietate pro indiviso infrascriptarum rerum
„ tanquam de re recaduta & devoluta libere ad ipsum Dominum
„ Episcopum, & Episcopatum predictum propter canonem non so-
„ lutum & propter alienationes factas de ipsis rebus infrascriptis
„ per Antonium filium quondam predicti ser Bommercati de Men-
„ ghis de Adria, & fratrem dicte Domine Mathee irrequisito di-
„ cto Domino Episcopo, seu predecessore suo, & etiam propter
„ contumaciam, & inobedientiam dicti Antonii super hoc legitime
„ citati, & requisiti ex parte ipsius Domini Episcopi, quod coram
„ ipso Domino Episcopo compareret, & expectati per triduum nec
„ comparentis pro ut asseruit dictus Dominus Episcopus vel quovis
„ alio modo reperiretur ipsam dimidiam infrascriptarum rerum spe-
„ ctantem ad dictum Antonium de Menghis fore ad ipsum Domi-
„ num Episcopum, & Episcopatum suum predictum recadutam, &
„ devolutam. Inprimis videlicet unius petie terre aratorie, & o-
„ lim casamentive, super qua esse consueverant due Domus paleate
„ posite in pertinentiis civitatis Adrie in loco, & contrata ubi di-
„ citur Ixolella infra hos confines, uno latere heredes Delavancii
de-

„ de guerciis, alio Matheus malacoa, uno capite via comunis, alio „ via de Camevale, que dicitur la fossa del commun. Item unius „ petie terre boschive, vallive, & salicive quinque modiorum vel „ circa, posite in territorio Adrie, in contrata predicta, que dici- „ tur Lixolella infra hos confines, uno capite via publica, alio ca- „ pite..... uno latere heredes Rigi, & Cozii de Pennolatiis, alio „ latere Zaninus de Adorno, vel si qui alii sint veriores confines „ dictarum rerum, vel alicujus earum. De quibus rebus prefatus „ quondam ser Bommercatus de Menghis pater dicte Domine Ma- „ thee, & dicti Antonii de Menghis investitus fuerat dicto jure „ livelli a dicto Episcopatu ex instrumento manu publici notarii, „ ut asseruerunt dictus Dominus Episcopus & dictus Antonius Fo- „ resius; pro qua quidem investitione presenti dictus Dominus Epis- „ copus fuit contentus & confessus habuisse & recepisse a dicto „ Antonio Foresio dictis nominibus stipulante viginti novem soldos „ parvorum renuntians exceptioni non numerate pecunie, & non „ solutorum, non datorum, non traditorum, non habitorum, & „ non receptorum dictorum viginti novem soldorum parvorum di- „ cta de causa, ut dictum est, speique future numerationis, „ solutionis, dationis, traditionis, habitionis & receptionis, „ exceptioni doli mali, quod metus causa, condictioni inde- „ biti, & sine causa, vel ex iniusta causa, & in factum actioni, „ omnique alii exceptioni suo juri, vel legum auxilio sibi compe- „ tenti vel competituro. Et investivit dictum Antonium Foresium „ dictis nominibus stipulantem de dictis rebus, sicut dictum est „ supra, cum introitibus & exitibus suis, suisque certis justis fini-

„ ni-

„ nibus, & coherentiis, & cum omnibus, & ſingulis ad ipſas ſpe-
„ ctantibus & pertinentibus, cum licentia, auctoritate ſua propria
„ intrandi & apprehendendi tenutam, & corporalem poſſeſſionem
„ dictarum rerum ad habendum, tenendum, poſſidendum, uſufru-
„ ctuandum & ſemper meliorandum, & quicquid ſibi ſuiſque he-
„ redibus jure predicto de cetero placuerit faciendum. Quas res
„ promiſit idem Dominus Epiſcopus dicto Antonio dictis nominibus
„ ſtipulanti legitime ab omni perſona, collegio, & univerſitate au-
„ torizare, defenſare, defendere, & ſemper disbrigare in judicio,
„ & extra, omnibus ſuis & dicti ſui Epiſcopatus ſumptibus, judi-
„ tiis, & expenſis; quantum eſt pro facto proprio tantum ipſius
„ Epiſcopatus. Et non liceat dictis Domine Mathee, & Johanni,
„ nec eorum heredibus dictas res, ſeu jus ſuum dictarum rerum
„ vendere, vel alienare alicui perſone, irrequiſito Domino Epiſco-
„ po Adrienſi, ſed ſi ulo tempore vendere, vel alienare voluerint,
„ primo teneantur, & debeant de Emptione appellare, & require-
„ re dictum Dominum Epiſcopum Adrienſem, ſi pro dicto Epiſcopa-
„ tu emere voluerit, & eidem emere volenti dare & vendere te-
„ neantur dictas res, ſeu jus ſuum dictarum rerum pro minori pre-
„ tio quam alie perſone decem ſoldorum parvorum; ſi vero emere
„ noluerit, tunc liceat dictis domine Mathee, & Johanni dictum
„ ſuum jus vendere cuicumque voluerint, preterquam uli venerabi-
„ li loco, majori perſone ſervo, vel ancile, dummodo illud vendant
„ perſone habili & ſufficienti ad ſupraſcriptam penſionem ſolven-
„ dam, & dictas res ſemper meliorandas ſalvo ſemper jure Epiſco-
„ patus predicti. Que omnia & ſingula ſupraſcripta & in preſenti

In

„ Instrumento inserta, promiserunt dite partes & quelibet ipsarum „ nominibus, quibus supra, sibi invicem & vicissim solemnibus sti„ pulationibus hinc inde intervenientibus scilicet una pars alteri, „ & altera alteri firma, & rata perpetuo habere, tenere, attende„ re, observare, adimplere, & in aliquo non contrafacere, vel ve„ nire per se, vel alium seu alios aliqua ratione, causa, vel in„ genio, de jure, vel de facto sub pena stipulatione promissa vi„ gintiquinque librarum Marchesanarum, & obligatione omnium „ suorum bonorum presentium & futurorum, scilicet dicti Episco„ patus Adriensis, & dictorum domine Mathee, & Johannis, pro „ quibus dictus Antonius promisit, ut supra, cum refectione da„ mnorum, & expensarum litis, & extra, qua pena soluta, vel „ non, contractus iste firmus existat.

„ Ego Filippus fil. q. Dominici Francisci de Aymis notarii Apo„ stolica & imperiali auctoritate notarius Ferrariensis publicus his „ omnibus presens fui, & rogatus scribere scripsi, subscripsi, &c.

Sedit *Antonius* annos tres circiter, fatoque functus est Venetiis anno 1387.

XLIV.

ROLANDINUS *Antonio* successit, ut est in Chartis Archivi Classensis, ubi reperitur sub hoc anno 1390. *Rolandinus Episcopus Adriensis*. Ughellius tamen in Episcopis Adriensibus ignoravit *Rolandinum*, de quo Episcopo videndi sunt Annales Camald. Tom. 6. pag. 166.

XLV.

UGO de Robertis Tripolitanus, vel ut alii putant, de Regio Lepidi, ſed Ferrarienſis Canonicus anno 1390 Adrienſi Epiſcopatu potitus eſt, & hanc rexit Eccleſiam uſque ad annum 1392. decimo tertio Kalend. Aprilis; nam poſtea ad Patavinam Cathedram prædicto anno traductus fuit, ut ex Ughellio in Epiſcopis Patavinis, & aliis plurimis Scriptoribus. Die autem vigeſima quinta Menſis Maii Dominica Pentecoſtes anni ſupradicti cum eſſet Epiſcopus Patavinus in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ aſſiſtentibus *Dioniſio* Epiſcopo Mutinenſi de Reſtugnis, *Antonio* Epiſcopo Mantuano de Ubertis, & præſentibus Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, & Clero, Abbate *Bonacurſio* Pompoſiano, nec non Abbatibus Sancti Bartholomæi prope Ferrariam, Vangadicienſi, Gavellenſi, & Sancti Andreæ Mantuano, *Alberto* Marchione Eſtenſe pro Sancta Sede Vicario Ferrariæ, *Franciſco* Gonzaga Mantuæ Domino, aliiſque Proceribus, ac Civibus in Epiſcopum Ferrarienſem conſecravit *Nicolaum* filium *Philippi* de Robertis Nobilem Civem Ferrarienſem ejus Nepotem ex fratre, atque Marchionis Affinem.

Cum eſſet autem *Ugo* Patriarcha Hieroſolymitanus die ſeptimo Menſis Maii anni 1419. una cum *Petro Boyardo* Epiſcopo Ferrarienſi, *Nicolao* Eſtenſe Ferrariæ Vicario, *Obizo* de Conſtabilis Archipresbytero Ferrarienſi, *Petro* de Saliceto, *Ugone* de Codigorio ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, interfuit cognitioni & translationi reliquiarum & Corporis Sancti Maurelii Martyris Epiſcopi Ferrariæ in Eccle-

clesia suburbana Sancti Georgii, nunc temporis, una cum Monasterio, Congregationi Monachorum Montis Oliveti concessa ad regendum; quo tempore etiam fuit revelata Arca & Corpus Beati *Alberti* Pandoni Episcopi Ferrariensis ex Codice Manuscripto in membranis per Fratrem Mathæum de Roncho Patavinum adservato in Tabulario Cœnobii ejusdem, cujus copiam nobis fecit Canonicus Antenor Scalabrinius, in quo Codice appellatur colendissimus Patriarcha de Rubertis.

XLVI.

JOANNES VI. ex Familia Patavina Enselmini veteri nobilitate clara commutavit annuente Bonifacio IX. S. P. sedem Patavinam cum Adriensi anno 1392. XIII. Kalend. Aprilis, eo quia cum contra *Franciscum* Juniorem Carrariensem Patavii Dominum conspirasset, illumque armis Joannis Galeatii Vicecomitis de Principatu dejecisset, non multo post, variante partium fortuna, Patavio per Carrariensem recuperato coactus est *Joannes* Episcopus cum suis asseclis Patavio excedere, & proinde Patavinam opulentissimam Ecclesiam cum Adriensi mutare. Ab eodem porro Pontifice, cui erat acceptus, Interamnensi Prætura donatus est, aliisque officiis Curialibus, quibus dicitur egregie functus; sed in vivis esse desiit anno 1404. Ipsius Antistitis meminere Scardeonius, & Portinarius in Histor. Patavina.

XLVII.

JACOBUS III. de Obiciis Lucensis, quia ibi majores ejus imperio urbis potiti fuerant, deinde Patavinus ab illo *Antonio* Obicio III. Luca Patavium translato anno 1422. *Nigra* Patavina sola superstes, ex nobilissimo Nigrorum genere nata eidem nupsit, ex quo Obiciorum Familia Patavium restituta, atque deinde propagata, opibus, atque Viris Clarissimis floruit. Iste igitur *Jacobus*, qui unus idemque est cum illo qui de *Roma* dicitur in memoriis Historicis Ferrariæ editis a Scalabrinio anno 1773. pag. 399., Præpositus prius Ecclesiæ Senensis, postea a *Bonifacio* IX. die XXI. Novembris 1396. creatus est Comacli Episcopus, ut ex Actis Concilii Pisani, de quibus infra; deinde ex illa ad hanc Adriensem Sedem translatus anno 1404. V. Kalend. Augusti, ut ex Ughellio, Ferretti, & Silvestrio. Die vero decima tertia Septembris ejusdem anni Ferrariæ primam Tonsuram ipse contulit *Joanni* filio *Gerardi* Tassonii Ferrariensis. Documentum hoc legitur apud laudatum Scalabrinium *Chiese di Ferrara* pag. 399. A Betussio inter Archiepiscopos Pisanos falso refertur, & obiisse dicitur anno 1418., sed verum est ab *Alexandro* Papa V. anno 1409. hunc Præsulem Episcopatus honore fuisse spoliatum, fortasse quia *Gregorii* XII. in Concilio Pisano, cui interfuit, exauthorati partibus adhæserit. Demortuo tamen Alexandro V. anno 1410., & postquam ad Episcopatum Comaclensem *Maynardinus* traductus fuit, vel post mortem ejusdem Episcopi, *Jacobus* suam recuperavit Ecclesiam Adriensem, in qua stetisse saltem usque ad an-

annum 1440. documenta teſtantur, quæ ſunt infra.

Nam primo ex libro Extimi Eccleſiaſticorum, & Exemptorum diſtrictus Rhodigii anni 1410., & 1411. exiſtente in hoc Tabulario Epiſcopali pag. 2. legimus quædam Mandata ejuſdem *Jacobi* de Obiciis in hæc verba:

„ Mandato Rever. in Chriſto Patris ac Domini Domini *Jacobi*
„ de Opizis Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Adrienſis præ-
„ cipiatur omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & exemptis infraſcri-
„ ptis, quod infra hunc & diem Jovis proximi advenientis debeant
„ præſentare ſeu præſentaſſe bona eorum ad extimum Eccleſiaſti-
„ corum ſeu exemptorum ſpectantia ad Curiam Epiſcopatus Rodi-
„ gii &c.

Item in eodem Libro pag. 12.

„ In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno ejuſdem
„ milleſimo quadrigenteſimo undecimo, Indictione quarta, die vero
„ vigeſima tertia Menſis Martii. De mandato & ordinatione Re-
„ verend. in Chriſto Patris & domini Domini *Jacobi* de Opizis
„ Dei Gratia Epiſcopi Adrienſis compoſita facta & ordinata fue-
„ runt extima terrarum & camporum livellorum & cenſuum, o-
„ mniumque Introituum Eccleſiarum Eccleſiaſticorum & exempto-
„ rum Viſconteriæ Rodigii in Epiſcopatu & Reſidentia Rodigii
„ dicti Domini Epiſcopi in Camera prope portam magnam &c.

Ex Archivo autem Pompoſiano B ✠ C pag. 55. tergo. Die 29. Septembris anni prædicti 1411. habemus præſentationem ſive inſtitutionem Domini *Henrici* Monachi Pompoſiani in Rectorem, ſeu Curatum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Grignano coram Domino Vi-

cario

cario *Jacobi* de Obiciis Episcopi Adrien. factam a Domino *Christophoro* de Trottis Priore Sanctæ Agnetis de Ferraria, & Vicario Generali Domini *Pandulphi* de Malatestis de Pisauro Archidiacono Bononiæ & administratore generali Pomposiano.

Insuper anno 1414. & 1415. *Jacobus* Adriensis Episcopus Concilio Constantiensi tanquam Italicæ nationis Procurator interfuit, ex Labbeo Tom. XVI. pag. 93.

Anno porro 1419. die 19. Januarii hic Antistes per se, suosque Successores in Episcopatu Adriensi omni modo, jure, & forma præsente D. *Stephano* de Fabris de Costa Canonico Adriensi titulo *Cambii* & permutationis dedit, permutavit, & cessit Jure Livelli perpetualis, solvendo omni anno quinque libras Candelarum ceræ *Jacobo* de Sacrato Procuratori D. *Nicolai* Marchionis Estensis & Ferrariæ Domini qm̄. *Alberti* ad hæc & alias specialiter constituto, Decimam, & jus decimandi in fundo sito in Corbulis inferioribus a latere Adriæ Diœcesis Adriensis juxta Papoccis Padum Corbularum inferiorum, & Canale magnum, videlicet juxta alia veriora confinia. Pro qua quidem permutatione dictus *Jacobus* de Sacrato dicto nomine obbligando prædictum Marchionem, ejus Heredes, & bona jure proprio in perpetuum dedit, tradidit, & permutavit D. Episcopo *Jacobo* de Obiciis presenti & recipienti pro se, & suis Successoribus. „ Unam domum cupatam muratam, & solaratam cum „ Curte, & orto positam in Adria juxta viam Plateæ Comunis, „ & Nicolaum & Antonium Fratres de Gamberto. Item unum „ Brolium Adriæ positum ex opposito dictæ Domus a latere posteriori *juxta caritatem adurni vias*, & Canale, vel juxta alios ve-

„ rio-

„ riores confines dictarum rerum. Et hæc permutatio ab Episcopo „ fuit facta, propterea quod in Adria Episcopatus nullam habebat „ habitationem, in qua ipse Dominus Episcopus & Successores pos- „ sint descendere, & moram trahere „. Ita ex Instrumento reperto in Tabulario Canonicorum Adriensium, & ab eis edito contra PP. Carthusianos Ferrariæ.

Præterea ex quodam Instrumento Procurationis, ut ajunt, de anno 1423. nobis innotescit *Jacobum* eodem anno adhuc in vivis fuisse & Ecclesiam gubernasse. Instrumentum sumpsimus a Carolo Comite Silvestri in Hist. Pal. Adr. p. 175.

„ *In Christi Nomine Amen*. Anno ejusdem Nativitatis millesimo „ quadringentesimo vigesimo tertio, Indictione prima, die septimo „ Mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Do- „ mini nostri Domini Martini divina providentia Papæ quinti An- „ no ejusdem quinto, Rodigii in Camera infrascripti Domini Epis- „ copi, quæ est versus hortum ipsius Domini Episcopi, præsentibus „ Venerabilibus Viris Domino Enrico de Costa Archipræsbytero „ plebis Sancti Georgii de Archoli Vicentinæ Diœcesis, Domino „ Joanne de Alemanea Capellano ipsius Domini Episcopi, & Do- „ mino Baptista de Fuligno Rectore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Ma- „ gdalenæ de Corbula Diœcesis Adriensis, testibus ad hoc speciali- „ ter vocatis, rogatis, & aliis. Ibique Reverend. in Christo Pater, „ & Dominus Dominus *Jacobus* de Oppicis Dei, & Apostolicæ Se- „ dis gratia Episcopus Adriensis, patruus, & tanquam conjuncta „ persona gubernator, ut asseruit, Tomæ ejus Nepotis & filii quon- „ dam Nobilis Viri Antonelli de Opicis Clerici, & Canonici Ple-

bis

„ bis Sancti Stephani de Rodigio nomine & vice dicti Tomæ pro-
„ quo Toma prædicto D. *Jacobus* Episcopus constituens omni mo-
„ do, via, jure, forma quibus ipse melius & efficacius potest &
„ potuit de rato & rati habitione promisit de omnibus, & singulis
„ infrascriptis & se ita, & taliter facturum & cum effectu curatu-
„ rum omni Juris vel facti exceptione remota, quod Dominus su-
„ pradictus Tomas ad præsens absens a Terra Rodigii ad omnem
„ instantiam & requisitionem cujuscumque personæ cujus interesset
„ vel interesse posset præsens Instrumentum procurationis, & om-
„ nia, & singula in præsenti Instrumento contenta, dicta, facta at-
„ que gesta per infrascriptum Procuratorem substituendum, vel sub-
„ stituendos ab eo ac omnia & singula quæ in Instrumento, & aliis
„ actis virtute, & vigore præsentis Mandati fient, scribentur, &
„ apponentur, confirmabit, approbabit, & ratificabit cum bono-
„ rum suorum obligationibus, promissionibus, stipulationibus, pactis,
„ adiectione pæne capitalis, & juramentis, ac aliis necessariis, &
„ opportunis, obbligatione omnium bonorum suorum præfacti con-
„ stituentis, & præfacti Tomæ præsentium & futurorum omnique
„ modo, via, jure, forma, ratione, & causa, quibus magis melius
„ & efficacius potest, & potuit, fecit, constituit, & solemniter ordina-
„ vit Venerabilem Virum Dominum Dominum Bartholomeum Presby-
„ terum & Beneficiatum Plebis Sancti Martini de Leniacho Vero-
„ nensis Diœcesis absentem tamquam præsentem suum verum libe-
„ rum, & legitimum Procuratorem, factorem & certum nuncium spe-
„ cialem specialiter ad acceptandum, & recipiendum, & vice dicti
„ Tomæ a Reverend. in Christo Patre, & Domino Domino Gui-
„ do

„ done Episcopo Veronensi Beneficium, vel Beneficia unum, duo,
„ & plura, Clericatum, vel Clericatus colata, vel colanda, cola-
„ tos, vel colendos aut conferenda sive conferendos prædicto Tomæ
„ de Oppicis &c.

Cum autem jam orta esset controversia inter hunc Episcopum Adriensem, & Abbatem Monasterii Sancti Cypriani de Muriano occasione Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ de Costa: asserebat enim Episcopus collationem Beneficii dictæ Ecclesiæ ad se pleno jure spectare; contra Abbas dictam collationem ad se pertinere ajebat: post plurium annorum lites contra prædictum Abbatem lata fuit Sententia in Curia Romana, statutumque eumdem Abbatem nullum jus habere in dicta Parochiali Ecclesia. Volentes porro *Jacobus* Episcopus, & Abbas parcere unanimiter sumptibus & expensis, compromisso interposito convenerunt anno 1425. die 19. Mensis Maii se Domini *Gabrielis* Cardinalis Condulmerii sententiæ parituros, qui pronuntiavit, pro ut constat ex sequenti Instrumento in Libro A., alias ✠. pag. 137. in Archivo Episcopatus.

„ In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo
„ quadringentesimo vigesimo quinto, Indictione III., die 29. Mensis
„ Maii. Cum hoc sit quod certa quæstio & differentia jam multis
„ annis elapsis verteretur, & versa est inter Rever. in Christo Pa-
„ trem & D. D. Jacobum de Oppizis Dei & Apostolicæ Sedis
„ gratia Episcopum Adriensem parte una, & Rever. in Christo
„ Patrem D. D. Franciscum Malipiero Abbatem Monasterii S.
„ Cypriani de Muriano parte altera, occasione Ecclesiæ S. Joannis
„ Baptistæ de Costa Diœcesis Adriensis. Asserebat namque præfatus

„ D. Episcopus dictam collationem dictæ Ecclesiæ ad ipsum pleno
„ jure spectare, & pertinere, & similiter dictus Abbas asserebat
„ dictam collationem dictæ Ecclesiæ ad ipsum pleno jure spectare
„ & pertinere, & litigantibus insimul pluribus annis, sententiatus
„ fuit dictus Abbas in Curia Romana nullum jus habere in dicta
„ Ecclesia, ut apparet ex Sententiis scriptis manu Henrici de Op-
„ pensach Clerici Maguntinæ Diœcesis, & volentes prædictus D.
„ Episcopus, & D. Abbas parcere sumptibus, & expensis unanimi-
„ ter & concorditer se compromiserunt de jure & de facto, de ju-
„ re tantum, & de facto tantum in D. Gabrielem Condulmerium
„ de Venetiis Div. Provid. Cardinal. Senensem. Qui D. Cardinalis
„ attento compromisso in se facto dixit, & voluit quod præfatus
„ D. Abbas sit patronus præfactæ Ecclesiæ S. Joannis de Costa cum
„ hac tamen conditione, quod præfatus D. Abbas debeat præsenta-
„ re unum Præsbyterum, sive Monachum idoneum, & si fuerit
„ Monachus suæ Abbatiæ sit ad correctionem prefacti D. Abbatis,
„ & si fuerit alterius Abbatiæ, vel Præsbyter secularis sit ad cor-
„ rectionem prefacti D. Episcopi, & suorum Successorum. Qui D.
„ Abbas dicta die præsentavit Frat. Stephanum Monachum & pro-
„ fessum S. Cypriani de Muriano, sive Abbatiæ ven. & honesto
„ viro D. Fratri Philippo de Senis Præposito S. Bartholomæi de
„ Rodigio, necnon Vicario Generali in spiritualibus & temporali-
„ bus Reverend. in Christo Patris D. D. Jacobi de Oppiciis Dei
„ & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Adriensis ex Instrumento pro-
„ curationis, & mandati scripto, & rogato manu Petri Zirouu
„ Diœcesis Verdensis a me Gerardo Notario infrascripto viso, ta-

„ cto

„ cto, & lecto. Qui præfactus D. Vicarius reperto dicto Fratre
„ Stefano idoneo & sufficiente pro dicta Ecclesia acceptavit & ad-
„ misit, & investivit, &c.

„ Datum Rodigii in Palatio Episcopatus Adrien. Anno Dñi 1425.
„ Indict. III., die vero 29. Mensis Maii Pontificatus SS. in Christo
„ Patris & D. N. D. Martini divina Providentia Papæ V. anno
„ ejus octavo.

„ Ego Gerardus fil. qm̃ Ser Oliverii de Rodigio pub. Imperial.
„ auctoritate Notarius, & nunc Notarius Curiæ Adriensis, &c.

Anno 1433. *Jacobus* de Obiciis Episcopus Adriensis Basileensi interfuit Concilio, nec non anno 1438. illi quod Ferrariæ primum, deinde Florentiæ anno posteriori scilicet 1439. convocatum fuit sub Eugenio IV. Papa. Ita Labbeus in Tom. 18. pag. 863. 906. & 1184.

Demum cum in Cathedrali Ecclesia Adrien. jamdiu fuisset erectum & fundatum quodam Sacellum juxta Altare magnum dictæ Ecclesiæ a latere sinistro ipsius Altaris, sub vocabulo Sanctissimæ Crucis, quod penitus ruinam minabatur, cumque nemo reperiretur, qui vellet dictum Sacellum reparare, D. *Bartholomæus*, & *Petrus Joannes* Fratres filii qm̃ Ser *Rainaldi* de Guarneriis Adriensis dictum Sacellum non sine eorum maximo labore, & expensis non modicis reparari, & reaptari fecerunt, ac ad statum optimum deduci pro salute Animarum suarum , & suorum Prædecessorum , ut in eo cultus divinus ad honorem Dei , & ejus Sanctissimæ Crucis pro remedio Animarum suarum, & suorum Prædecessorum , ac pro comodo Populi Civitatis Adriæ aliquando celebraretur. Cum

autem hæc omnia infrascripto Domino Episcopo plenissime constarent, habitaque fide, & informatione de præmissis a Personis fide dignis; „ idcirco prædictus D. Bartholomeus de Guarneriis co-
„ ram Reverend. in Christo Patre & Dño Dño Jacobo de Oppi-
„ zis de Luca Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Adriensi
„ flexis genibus personaliter constitutus humiliter & devote suppli-
„ cavit suo, & nomine dicti ejus Fratris quatenus dignaretur ip-
„ sos, & eorum quemlibet, ac Successores suos legitime, & solem-
„ niter Patronos dicti Sacelli creare, & ordinare, & Pa-
„ tronatus ejusdem eis penitus conficere, & eligere unum Sacer-
„ dotem qui possit in eo Sacello celebrare divina„ &c. Qui quidem supradictus Episcopus attentis & consideratis omnibus, voluit dictæ petitioni annuere tamquam justæ, & quæ justa, & bona dignoscitur esse, cum effectus ejus divinæ Majestatis honorem respiciat. Et ideo ex auctoritate sua Ordinaria, & omni alio modo meliori, via, jure, & forma quibus magis, & melius potuit, investivit D. *Bartholomæum* de Guarneriis præsentem, & humiliter petentem per traditionem anuli auri, quem sua tenebat in manu; jubens, & mandans dictus Dominus Episcopus, quatenus ipsos Patronos in tenutam, & corporalem Possessionem ejusdem Sacelli facti, & fundati in Ecclesia prædicta, inducat, & imponat, & omnium ad ipsam spectantium, & pertinentium, & inductos defendat; contradictores quoscumque & rebelles, si qui fuerint, per censuram Ecclesiasticam, vel alias juris remedia auctoritate prædicta, mandansque Antonio de Penolatiis de Adria Imperiali auctoritate notario, nec non Curiæ Episcopalis Adrien. Cancellario specialiter deputato,
ut

ut de prædictis publicas conficeret tabulas. „ Actum Adriæ in Do„ mo nova Episcopali sita juxta Ecclesiam Majorem S. Petri anno „ 1440., Indictione tertia, die 19. Mensis Julii.„

Ex prædictis igitur documentis, & auctoritatibus supra relatis *Jacobum de Obiciis* Episcopum Adriensem in humanis fuisse evincitur saltem usque ad annum 1440., & Ecclesiæ Adriensi præfuisse usque ad supradictum tempus.

XLVIII.

MAINARDINUS, ut asserunt Ughellius, & Silvestrius ex Libro Provisionum Prælatorum, ad Episcopalem Sedem Adriensem auctore *Alexandro V.* evectus est anno 1409., sed tamen brevissimo tempore hanc administravit Ecclesiam, quam utrum vel sponte, vel invitus dimiserit, ignoramus. De *Delphino* autem *Gozzadinio* Monacho Carthusiano, qui ab Alidosio circa hæc tempora Adriæ Episcopus vocatur in Pontificibus Bononiensibus, nullam mentionem facimus. Potuit fortasse ab eodem concive suo *Alexandro V.* cum prædictum *Jacobum* de Obiciis Episcopatu spoliasset, ad hanc Sedem designari. Ast demortuo mox laudato Summo Pontifice ab ejus Successore ad Pennensem, tum Forosemproniensem Ecclesiam, ut inquit supradictus Auctor, fuit translatus.

XLIX.

JOANNEM VII. de Obiciis patria Lucensem *Jacobi* superio-

rioris consanguineum Adriensi Ecclesiæ præfectum fuisse anno 1442. exploratum habemus. Verum enim vero nos Luca oriundum & Patria Patavinum aperte scribimus, nec non Cathedralis Ferrariæ Canonicum anno 1429., ut juramenta Statutorum per novellos Canonicos receptos testantur, & in Visitatione legitur B. Joannis a Tausignano Episcopi Ferrariensis anno 1432., die 22. Januarii. „ Episcopatus „ Ferrariæ Canonici & Mansionarii bene deserviunt, Capellani o„ mnes dicti Episcopatus tenentur deservire personaliter die noctu„ que in divinis officiis dictæ Ecclesiæ, & circa hoc provideatur, „ ut deserviant bene, quia in præsentiarum non sufficienter deser„ viunt. Archipresbyter unus, præpositus unus, Canonici sunt duo„ decim, quorum quatuor debent esse præsbyteri, quatuor Diaconi, „ & quatuor Subdiaconi qui sunt infra. D. Ugolinus de Urbe ve„ teri Archipræsbyter Sacerdos, D. Vincentius de Bischitiis præpo„ situs Diaconus, D. Antonius de Sala Canonicus Sacerdos, D. „ Petrus de Saliceto Canonicus Diaconus, D. Jacobus de Misotis „ Canonicus Subdiaconus, D. Bartholomeus de Pilizariis Canonicus „ Subdiaconus, D. Nicolaus de Martellis Canonicus Diaconus, D. „ Albertus de Ipocratibus Canonicus, D. Nicolaus de Malchiavel„ lis Canonicus Subdiaconus, D. Lucas de Cantarelis Canonicus „ Diaconus resident. *D. Johannes de Obiciis* Canonicus Sacerdos, „ D. Nicolaus de Rangonibus Canonicus Diaconus, D. Adornus „ de Contrariis Canonicus Sacerdos se laureare intendit, D. Johan„ nes de Comitibus Canonicus Sacerdos in minoribus studens ab„ sentes.

Hunc autem *Joannem* de Obiciis rei sacræ Adriensium præfuisse cer-


HIC·IACET·R· OLIM·PATER·D·IOH·DE
OPIZIS·DE·LVCA·E·PV̄S·ADRIENSIS·QVI·OBIIT·ANNO·DN̄I·MCCCCXXXIII·DIE·X·MENSIS·IVLII·

Pag. 167.

certo certius est ex ipsius titulo sepulcrali, de quo infra; ibi enim diserte *Episcopus Adriensis* vocatur. Sed quonam tempore hanc obtinuerit Sedem, nos omnino latet. Ex allato Documento *Joannes* prædictus adhuc erat Ferrariensis Canonicus Sacerdos, nondumque Episcopus anno 1432. die 22. Januarii, quo tempore Adriensem regebat Ecclesiam *Jacobus* Joannis consanguineus. Dicendum ergo *Joannem* forte Coadiutorem datum *Jacobo* de Obiciis cum spe futuræ successionis, & Episcopatus possessionem obtinuisse aut per abdicationem, at saltem post illius mortem; ideoque ad parvum tempus sedisse, nimirum ab anno 1442. usque ad annum 1444., quo Romæ fato cessit die 10. Julii, & sepultus fuit in Basilica Sanctæ Mariæ Transtyberim prope Sacellum Dominorum, non de Canfacchiis, ut inquit Ughellius, sed de Rugeriis, pro ut nobis scripsit Clar. Vir *Petrus Aloysius* Gallettius Abbas Casinensis, nunc Episcopus Cirensis. Videtur etiamnunc in Lapide marmoreo ejus effigies, quæ est infra una cum ipsius stemmate, & cum Epitaphio quod ab Ughellio descripsimus;

> *Hic jacet. R. olim Pater. D. Johannes de Opizis de Luca Episcopus Adriensis qui obiit anno Dñi MCCCCXXXXIIII. Die X. Mensis Julii.*

L.

BARTHOLOMÆUS e vetusta Familia de Roverellis filius *Joannis* Notarii Rhodigini, prout scribit Joseph Aloysius Amadesius in Antistitum Ravennatum Chronotaxi Tom. III. pag. 91. ex Cle-

Clerico Episcopi Mutinensis, atque Sacellano Patriarchæ Aquilejensis, cum defunctus fuisset prædictus *Joannes* de Obiciis, Adriæ Episcopus ab *Eugenio IV.*, cui etiam erat ab Epistolis, creatus est anno 1444., Idibus Julii; & post annum ad Metropolitanam Ecclesiam Ravennatensem anno 1445. ab eodem Pontifice translatus fuit. Hic est celeberrimus ille Cardinalis Ravennas, qui *Ferdinandum* in utriusque Siciliæ Regem coronavit, & nuptiis *Eleonoræ* Aragonensis Regiæ filiæ cum *Hercule* Duce Ferrariæ benedixit. De hoc illustri Cardinali scripsere Pius II., Rubeus in Historia Ravennæ, Fabri in opere quod inscribitur *Memoriæ Sacræ*, & cum Ciaconio fere omnes ejus ævi Scriptores. Beneventanis jus dixit tempore Pii II., a quo Presbyter Cardinalis renuntiatus fuit titulo Sancti Clementis anno 1461. præfectusque rebus Ecclesiasticis, quas summa felicitate, atque facilitate tractabat. Tres habuit germanos fratres summæ existimationis viros, scilicet *Laurentium* Episcopum Ferrariensem, litteris & legationibus clarissimum; *Nicolaum* Monachorum Montis Oliveti Generalem Priorem (nondum enim Abbatiali dignitate ea Congregatio a Summis Pontificibus fuerat donata); & *Florium* equitem seu militem Rhodianum, nunc Melitensem, seu Hierosolymitanum ab insula ipsi Ordini a Carolo V., capta Rhodo, donata. Administrationes plurimas Ditionis Pontificiæ, quæ aliis atque aliis Curiæ Romanæ Prælatis solent distribui, variis temporibus ipse solus gessit. Arduum porro facinus idem aggressus est, quod tamen ei feliciter cessit.

Viterbio ab Anguillariæ Comite occupato, copiis coactis statim accurrit in subsidium Viterbiensibus. Supervenit paulo post *Oddo*

Pe-

Perusinus ejus urbis moderator, qui Anguillariæ Comite prædicto irruente aberat, & Roverellam juvit in expugnatione oppidi, sed magna jactantia, quasi a proprio gladio victoria staret.

Anno 1474. Præposituram olim Humiliatorum Sancti Petri, modo Sancti Bartholomæi de Rhodigio sponte dimisit Sixto IV. annuente, ejusque auctoritate illam cessit Congregationi Olivetanæ Monachorum, qui etiam hodierna die summa cum laude, & religiose ibi degunt.

Multis autem annis cumRavennatem rexisset Ecclesiam, septuagenarius Romæ anno 1476. Mense Maii non Martii ex laudato Amadesio, loco citato, decessit, & tumulatus fuit in Templo Sancti Clementis sui tituli in pulcherrimo Marmoreo Sepulcro cum hujusmodi Epitaphio.

Hoc Monumento clauditur Urbi, doctis & bonis omnibus desideratissimus Bartholamæus Roverella ob suas animi dotes, singularemque fidem, & scientiam Eugenii IV. Pont. Max. Secretarius, & ab eodem Archiepiscopus Ravennas, inde a Pio II. Pont. Max. tit. S. Clementis presbyter Cardin. creatus, qui legationibus multis pace, & bello peractis, dum Sixti IV. Pont. Max. & Collegarum benevolentia, Principumque, ac Nationum plurimarum clientelis insignis tranquillam, & consiliis utilem septuagenarius ætatem ageret, omni supellectile in familiæ remunerationem distribui jussa, Romæ obiit Anno Salutis MCCCCLXXVI. VI. Non. Mart. Testam. execut. Collegæ.

Hujus Cardinalis numisma habemus, in quo
Crux cum pileo Cardinalitio sub Epigraphe

Ob clementiam ipsius, morumque Sanctimoniam, & in Sedem Apostolicam ingentia merita.

LI.

JACOBUS IV. de Oratoribus Ferrarienfis J. U. D. Canonicus Cathedralis ejufdem Urbis, nec non Archipresbyter Plebanæ Ecclefiæ Sancti Georgii de Trecenta in eadem Diœcefi 6. Kalend. Septembris 1445. renunciatus eft Epifcopus Adrienfis. Brevi tamen tempore in hac dignitate vixit, nam ex Ughellio deceffiffe videtur anno 1446., & ut Ferrarienfes tenent die 20. Decembris ejufdem anni, atque in illa Cathedrali fepultus fuit. Ex libro enim antiquo in membranis Manufcripto, qui exftat in fupradicta Ecclefia, ubi anniverfaria Defunctorum funt notata, fequentia eruimus. „ Decembr. „ XX. Anniverfarium Reverendifs. in Xpto Patris Domini *Jacobi* „ de Oratoribus primo Canonici Ferrarienfis, demum Epifcopi A„ drienfis, cujus teftamento data funt Sacriftiæ duo Pluvialia. „ Ita animadvertit laudatus Scalabrinius.

Falluntur autem egregie Ughellius & Silveftrius, qui litteris tradiderunt Jacobum iftum de Oratoribus tamquam Epifcopum Adrienfem Concilio Bafileenfi interfuiffe anno 1433., quo tempore certe in hac Sede vivebat *Jacobus de Obiciis*, pro ut fupra demonftravimus. Insuper anno pofteriori, nimirum 1434., Indictione duodecima, Dominica fecunda Aprilis, ex actis Martini Schiaveti Notarii Ferrarienfis, & B. Joannis de Taufignano Epifcopi Ferrariæ in Sacra Vifitatione Cancellarii reperitur: „ Vifitatio Plebanæ Ecclefiæ Sancti

„ Geor-

„ Georgii Trecentæ, & D. Jacobi de Oratoribus de Ferraria Ar-
„ chipresbyteri dictæ Plebis. „ Si fuit igitur tempore prædictæ Visitationis anno scilicet 1434. Archipresbyter dictæ Plebis; adesse nequaquam poterat anno 1433. Consilio Basileensi tamquam Episcopus Adriensis.

LII.

BLASIUS Novellus Ferrariensis ex Canonico Regulari, Prioríque Sancti Jacobi de Cella Volana in nemoribus Comaclensibus, nec non Pænitentiario Basilicæ Lateranensis adlectus est Episcopus Adriensis X. Kalendas Februarii anno 1447. Sequens Documentum inter cetera de anno prædicto certos nos facit, videlicet:

„ MCCCCXLVII. Indictione X. die XXVIII. Mensis Junii A-
„ driæ in Ecclesia Majori Sancti Petri, in Coro Adrien. in plena
„ & Generali Synodo ubi totus Clerus Adriensis coadunatus erat,
„ & in presentia Rever. in Xpõ Patris & Domini Domini Blasii
„ de Novello dignissimi Episcopi Adriensis, &c.

Omissis

„ Franciscus Hieronymus Bocchi Notarius & Cancellarius magni-
„ ficæ Civitatis Adriæ rog. ex authenticis in Pub. Archivio
„ ejusdem Civitatis existentibus fideliter exemplavit, subscripsit, &
„ signavit hac die septima Mensis Aprilis, Indictione Prima ann.
„ Dñi 1783.

Hujus Episcopi Blasii in Cathastico A. alias ✠. pag. 4. reperitur sequens Memoriale, quod hic transcribere operæ pretium ducimus.

„ Memoriale pro advenientibus Episcopis hujus Episcopatus A-
„ driensis, ut pacem inveniant cum Communitate Rhodigii pro
„ gravaminibus occurentibus. Quod ipsi nostri Successores pro bono
„ animarum subditorum suorum de ipsa Communitate conventio-
„ nem habeant de solvenda certa annua quota ipsi Communitati,
„ quemadmodum fecerat prædecessor noster Reverend. in Xpō Pa-
„ ter qm̄ D. D. Jacobus de Opiciis MCCCCXXXVIII. de Mense
„ Junii, ut patet manu egregii viri Ser Francisci de Delaito Nota-
„ rii Terre Rhodigii solvendo libras quinquaginta parvorum annua-
„ tim pro omnibus gravaminibus occurrentibus. Cujus exemplo, &c.
„ Ego Blasius Episcopus dicti Episcopatus Adriensis adhærens 1459. die
„ primo Februarii misi ad ipsos Concives Nostros congregatos una simul
„ cum toto Regimine, cui præerat spectabilis, & egregius Juris Canoni-
„ ci Doctor D. Baptista a Calligis de Ferraria Capitaneus, Nobi-
„ lisque, & egregius Legum Doctor D. Alidosius de Areostis de Ferraria
„ Vice-Comes, & vir prudens commendabilisque Martinus de Schive-
„ tis de Ferraria Camerarius, omnes & singuli tres pro Illustr. &
„ Excelso D. D. Borsio Marchione Estense venerabilem Sacerdo-
„ tem, Canonicumque Sanctæ Justinæ, ac egregium virum decreto-
„ rum Doctorem Ser Leonardum de Cremona Vicarium meum,
„ qui orando peteret ab ipsis de Consilio, quod vellent dictam con-
„ ventionem habitam cum prænominato Prædecessore nostro grati-
„ ficare. Quod responsum fecerunt omnes nemine discrepante, ut
„ mihi retulerunt probi, & honorabiles Viri, qui etiam interfue-
„ rant dicto Consilio ex parte totius ipsius Concilii in Capella Domus,
„ præsentibus Domino Paulo a Calcitis de Ferraria, & Nicolao de

„ Mu-

„ Mutina Factoribus, & administratoribus dicti Episcopatus, quo-
„ rum nomina hæc sunt: Ser Franciscus della Cezza, Antonius
„ Carrarius & Franciscus de Bovaria, & Bartholomæus de Catto, om-
„ nes Cives & habitatores dictæ Terre Rhodigii.

Insuper ab ipso Antistite facta fuit quædam Compositio inter se & nobilem Virum *Albertinum* de Turchis de Ferraria de Decimis, & Novalibus Adriani anno MCCCCLXV., Indictione XIII., die septima Junii. Instrumentum hoc rogatum a Joanne Maria qm. Jacobi Pelizari existit in Cathastico signato T. pag. 53. in Tabulario Episcopatus.

In manibus autem hujus Episcopi anno supradicto MCCCCLXV., die XIX. Octobris fuit facta Resignatio per Dominum *Philippum* Carrerium de Ferraria Rectorem Ecclesiæ sine Cura Sanctæ Mariæ de Sabbionibus extra Rhodigium. Rogatus est Nicolaus Ugonis de Cagnaciis Notarius tunc Publicæ Curiæ Episcopalis Ferrariensis. Prædicta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Sabbionibus hodie, quo jure nescimus, tenetur per Monachos Sancti Bartholomæi extra Rhodigium Congregationis Olivetanæ, licet tamen ea bene, pie, devoteque regatur, & novis in dies ornamentis augeatur.

Hujus præclari Antistitis extat nobile Sigillum, quod nobis largitus est pro humanitate sua P. Joannes Franciscus Conti Ord. Servorum Mariæ, quo Episcopalia Decreta firmabat, Sanctorum imaginibus ornatum, quod, antiquitatis amatoribus gratum facere reputantes, hic exhibemus.

Hanc



Hanc Adrienſem Eccleſiam anno 1465. Menſe Decembris reſignavit *Blaſius* ad favorem *Titi* Novello Fratris filii, cum laudabiliter ſaltem annos viginti eamdem rexiſſet; dignus profecto qui ob ſingularem doctrinam, vitæque probitatem majoribus dignitatibus inſigniretur, de quo etiam Pœnotus lib. 4. cap 54. aperte ſcripſit: „ quod non ſine ſanctitatis opinione ex hac vita ad cæleſtem mi- „ graverit „. Hic apud Ferrariam ubi jamdiu a tempore Alexan-

dri Papæ III. Leprosorum Hospitale sub titulo Sancti Lazari institutum fuerat ann. 1177. Canonicam vitam restituit, & a S. Lazaro Cellæ Volanæ traduxit, *Nicolao* Estense Marchione Ferrariæ Vicario pro Sancta Sede Apostolica promovente. In hac Canonicali domo S. Lazari prope Ferrariam non solum diem clausit extremum anno 1475. circiter, verum etiam ibi sepultus fuit sub marmoreo rubro Lapide, ubi opere anaglypho ejus imago insculpta Pontificaliter induta, manibus ad pectus in formam crucis cancellatis visitur, quem tumulum sibi atque illius Cænobii Canonicis, dum esset Episcopus, paraverat cum sequenti epigraphe:

Sepulcrum. Domini. Blasii. de. Novello.
Episcopi. Adriensis. pro. se & Patrib. suis.
MCCCCLVII.
Die VIII. Augusti.

LIII.

TITUS Novellus Civis Ferrariensis *Blasii* nepos, ex Canonico Regulari ejusdem Sancti Lazari Cænobii a *Paulo PP. II.* Patruo datus est Successor in Adriensi Sede anno 1466. ex ipsius Patrui cessione. Cæterum nobis constat vixisse *Blasium* usque ad annum 1475. circiter, pro ut ex sequenti Instrumento reperto in Tabulario Communitatis Adriæ, quod nobis humaniter communicavit Cl. vir D. *Franciscus* Bocchi ipsius Tabularii præfectus.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi„ mo quadringentesimo septuagesimo quarto, Indictione septima, „ die duodecimo Mensis Januarii Ferrariæ in Domo habitationis

„ in-

„ infrascripti Rever. Dñi Blaxii de Novellis positæ in Contrata
„ Sanctæ Mariæ de Buco. Præsentibus testibus vocatis & rogatis
„ vener. viro Domno Joanne de Fiordebellis de Ferraria fil. qm.
„ Nicolai de contrata S. Mariæ de Buco; Domno Antonio de Ton-
„ sis fil. qm. Magistri Petri Gallasaxi de Terra Adriæ habitatore
„ in domo habitationis infrascripti D. Blasii de Novellis posita in
„ dicta contracta S. Mariæ de Buco, & aliis &c. Reverend. Domi-
„ nus Blaxius de Novellis olim Episcopus Adriensis fil. qm. Nobi-
„ lis & egregii viri Novelli &c.

„ Ego Franciscus fil qm. commendabilis viri Ser Aristotilis de Ru-
„ beis Notarii pub. Ferrariensis Imperiali auctoritate Notarius pub.
„ Ferrariensis. Ex licentia mihi data in majori & generali Con-
„ cilio sono cornu congregato relevandi in publicam formam Schedas
„ & Scripturas dicti qm. mei Genitoris, & instrumento licentiæ
„ rogato per ser Antonium Rodum Notarium suprascriptum man-
„ datum confessionis per me dictum Franciscum ab originali scheda
„ dicti mei Genitoris asumptum scripsi, & in publicam formam
„ redegi & in fidem præmissorum me subscripsi, signumque meum
„ Tabelionatus a capite mei Nominis apposui consuetum.

Titum autem Episcopatus Adriensis anno prædicto 1466. posses-
sionem inivisse apparet omnino ex Documento asservato in Cathast.
F. pag. 5. hujus Archivi Episcopatus, quod est hujusmodi.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi-
„ mo quadringentesimo sexagesimo sexto, Indictione decima quarta,
„ die vero tridecimo Mensis Maii in contrata Sancti Leonardi Bur-
„ gi Civitatis Ferrariæ in domo habitationis Domini Episcopi A-
„ drien-

„ driensis, præsentibus testibus vocatis, & rogatis, Venerabili Viro
„ Domino Arcangelo fil. q. Domini de Polis de Cremona ordinis
„ Canonicorum regularium S. Augustini, Egregio Viro D. Jacobo
„ causidico fil. q. ser Zanini de Zambellis, cive, & habitatore
„ Ferrariæ in contrata S. Salvatoris, Nobili viro Francisco fil. q.
„ Egregii viri Jacobi de Novellis Cive Ferrariæ, & habitatore in
„ dicta contrata, & aliis.

„ Reverend. in Christo Pater, & D. D. Titus de Novellis de
„ Ferraria Decretorum Doctor, & Sacræ Theologiæ Celeberrimus
„ Magister Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Adriensis per
„ se suosque in dicto Episcopatu Successores, ac nomine, & vice
„ dicti sui Episcopatus cum annulo aureo, quem sua tenebat in
„ manu, jure feudi ad usum Regni innovavit, & innovando inve-
„ stivit Nobilem, & clarum Virum Gabrielem fil. q. honorandi
„ viri Antonii de Tassinis Civem & habitatorem Ferrariæ in con-
„ trata baccanalium præsentem, stipulantem, & recipientem
„ pro se, suisque filiis masculis legitime descendentibus de decima,
„ sive jus percipiendi Decimam rerum possessionum, & petiarum
„ terrarum inferius positarum, descriptarum, & confirmatarum.
„ Et hoc tanquam de antiquo, & recto feudo prædicti Episcopa-
„ tus Adriensis sequendo formam, & seriem investituræ, seu innova-
„ tionis, vel confirmationis per Reverendissimum in Xpõ Patrem
„ D. D. Blasium de Novellis Episcopum præcessorem dicti D.
„ Titi Episcopi in dicto Episcopatu Adriensi factæ ser Gaspari de
„ Zontinis de Rhodigio stipulanti nomine dicti Gabrielis de anno
„ Dñi 1451. Indictione 14. die 14. Mensis Aprilis rogat. per ser Joannem

Z Ta-

„ Tavanellam tunc Notarium dicti Episcopatus, quæ sequitur in „ hunc modum &c.

„ Ego Blasius q. Egregii Viri ser Antonii de ser Sidoniis, alias „ Apiolis natus publica, & imperiali auctorit. nec non Apostolica „ Notarius publicus Ferrariensis supraſcripta omnia, & singula in „ supraſcripto instrumento contenta, & descripta pro ut inveni in „ Schedis publicis, & autenticis q. præstantis Viri ser Francisci de „ Peliacieris notarii scripsi, sumpsi, & exemplavi fideliter nil ad- „ dendo, vel minuendo, quod mutet sensum, quod facere potui „ vigore baliæ, & potestatis mihi datæ, & concessæ in majori, & „ generali Consilio Civitatis Ferrariæ more solito convocato & „ congregato, de qua rogatus fuit Ser Thomas de Vicedominis, „ tunc ad dictum officium deputatus tempore quo in ea, & in fi- „ dem omnium præmissorum & supra contentorum hic me subscri- „ psi, signumque meum a capite mei nominis consuetum aposui, „ & autenticavi.

Anno 1471. die vigesima Augusti funeri vere regio Borsi Athestini primi Ducis Ferrariæ interfuit.

Cum autem Adriæ Episcopus partem Diœcesis in Ducatu Ferrariæ haberet, ut supra vidimus, hic Antistes a Summo Pontifice Sixto IV. obtinuit, ut Ferrariæ, ad quam facilior est illorum Diœcesanorum accessus, pro illo districtu Tribunal erigeretur, ibique per se, vel suum Vicarium omnes & singulos subditos suos Ferrarienses, aliosque qui de jure ad suum Tribunal essent convenien-di ad jus vocare, omniaque alia, quæ ad ipsum Judicium spectant facere posset pro ut in reliqua Diœcesi sua facere poterat, & consue-

ve-



SEPVLCRVM·DOMINI·
BLASII·DE·NOUELLO·EPISC·ADRIENSIS
PRO·SE·ET·PATRI·SUIS
MCCCCLVII·DIE·VIIII·AUGUSTI

Pag.178.

verat. Quapropter consuetudo bona & inveterata hactenus viguit, ut sit etiam in Civitate Ferrariæ ad libitum Episcopi Adriensis Vicarius in spiritualibus & temporalibus tam propter subditorum commoditatem, quam etiam quod Ferrariæ maxima est multitudo Jurisperitorum, ibique plurimi ex Livellariis, & Feudatariis dicti Episcopatus Adriensis degunt. Diploma itaque laudatum hic transcribemus.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei.

(Foris) „ Venerabili Fratri Episcopo Adriensi.

„ Venerabilis Frater salutem & Apostolicam Benedictionem. Tua „ nobis nuper Fraternitas exponi fecit, quod licet tua Sedes Epis„ copalis sit in Civitate Adriensi, in qua subditi tui legitime ad „ jus conveniendi essent, tamen quia Civitas ipsa admodum deser„ ta est, & in ultimis ferme Diœcesis corpore, difficile & maxi„ mo cum incomodo subditi ipsi in ea ad jus vocari possunt; sub„ inde vero supplicari curasti, quod cum pæne universa dictæ Di„ cæcesis tuæ loca non longe a Ferraria sita sint, ubi etiam maxi„ ma est multitudo Jurisconsultorum, cum etiam plurimi ex Li„ vellariis, ac Feudatariis tui Episcopatus Cives, & Nobiles Fer„ rarienses ibi degant, dignaremur tuo, & tuorum subditorum co„ modo paterna benignitate consulere, & ut illos Ferrariæ conve„ nire possis concedere. Quo circa Nos honestatem hujusmodi sup„ plicationis paterno considerantes affectu, tibi quotiescumque opus „ fuerit, per te, vel Vicarium tuum in Civitate Ferrariensi ad jus „ vocandi quoscunque subditos tuos, & omnes alios, qui de jure „ ad tuum Tribunal conveniri possunt, omniaque alia faciendi,

„ quæ ad ipsum Juditium spectant, pro ut in Diœcesi tua facere
„ potes, & consuevisti, dummodo per hoc jurisdictioni ordinariæ
„ Venerabilis Fratris Episcopi Ferrariensis præjuditium non infera-
„ tur; & ad hoc ipsius consensus accedat, tenore præsentium ple-
„ nam & liberam concedimus facultatem. Constitutionibus Apostoli-
„ cis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibus-
„ cumque.

„ Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris
„ die 20. Julii Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto Pon-
„ tificatus nostri anno tertio.

Ex qua Bulla sive Sixti IV. Constitucione anno & die, ut supra, Episcopalis Adriensis Curia in Civitate Ferrariæ sumpsit initium.

Vixit in hac Sede *Titus* usque ad annum 1487. ut multa Documenta, quæ omittimus, in hac Curia Episcopali adservata testantur. Sufficiat Bernardini Zambotti Auctoris Syncroni testimonium omni exceptione majus hic proferre ex Vincentio Bellinio pag. 148. in Tractatu *delle Monete di Ferrara*: „ 1487. Majus, die Sabbati
„ 19. = Reverendissimus in Christo Pater ac Dominus Donnus
„ *Titus Novellus* Civis Ferrariensis, & Episcopus Adriensis, qui
„ pridie vitam cum morte commutavit „. Cum igitur nobis constet *Titum* obiisse anno supradicto 1487. , illique *Nicolaum* Mariam Estensem, ut videbimus, datum Successorem, *Martino Libanori*, & *Julio Veneto* ex Ordine Servorum locus per hæc tempora esse nequit, adeoque ex albo Episcoporum Adriensium sunt expungendi utpote fictitii, & a Libanorio excogitati. *Titus* denique in Eccle-

sia



TITUS·NOUELLUS·SENATOR· . . . CONSUL·CENSOR·
DICTATOR·ILLUSTRIS·RE=
GULAR·CANONICUS·ADRIÆ·EPISCOPUS·REUERE=
DUS·

Pag.181.

ſia Sancti Lazari extra civitatem Ferrarienſem cum eſſet annorum ſeptuaginta, ut inquit Auctor laudatus, vel circiter, bonæ opinionis, & famæ, ac doctiſſimus Prædicator, tumulatus fuit ſub lapide rubro pari modo, ut ſupra inſculpto, & in eo hæc leguntur:

Titus. Novellus. Senator... Conſul. l. Cenſor. Dictator. Illuſtris. Regular. Canonicus. Adriae. Epiſcopus. Reverendus.

Hæc ſepulchra nuper translata ſunt Ferrariam una cum tantorum Præſulum Oſſibus, & in templo Sancti Joannis Baptiſtæ ab Ordine Canonicorum Lateranenſium conſtructo repoſita in loco, ubi prius erant Cœnobia Sancti Jacobi Celle-Vollanæ, & Sancti Lazari extra muros modo deſtructa; & anno 1505. locata ante majus Altare, in quorum medio viſitur pari modo inſculptus *Daniel* Arluni patria Cremonenſis, Epiſcopus Forolivienſis hujus Congregationis pariter Canonicus, qui pro *Borſio* Atheſtino Duce Mutinæ, & Regii, atque Ferrariæ pro Sancta Sede Apoſtolica Vicario, Priorem & Monachos Magnæ Carthuſiæ in Diœceſi Grationopolitana adiit ad offerendam Carthuſianam Domum tunc ab eodem Duce extra muros Ferrariæ conſtructam; & dum in eorum Eccleſia anno 1461., die Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ 24. Junii in manibus Priorum Florentiæ & Senenſis Carthuſiarum *Borſius* oblationem compleret; Daniel Pontificaliter operatus eſt ſacrum. Pariter anno 1505. ex antiqua labente Sancti Lazari Eccleſia cum Novellorum Oſſibus & lapidibus, Danielis quoque oſſa translata ſunt in novam Sancti Joannis Baptiſtæ.

LIII.

LIII.

NICOLAUS MARIA Estensis Nonantulanus, & Gavellensis Abbas, Guronis filius, atque Ducis Ferrariæ Nepos anno 1487., die Sabbati 26. rei sacræ Adriensium datus est præfectus, ut ex Zambotto ubi supra, qui ait: „ Ex litteris Summi Pontificis In- „ nocentii VIII. nuntiatum fuit, qualiter ad preces Ducis nostri „ per suam Sanctitatem fuerat collatus Episcopatus Adriensis nu- „ per vacatus per mortem *Titi* Novelli civis Ferrariensis illustri „ Domino *Nicholao Mariæ* Estensi Nepoti Ducis nostri, & beneme- „ rito. „ In Cathedrali Ferrariæ, die Dominico 12. Augusti inauguratus est a *Filasio* Roverella Archiepiscopo Ravennatensi, Assistentibus Episcopis Urbinate, & Faventino, præsentibusque Duce *Hercule*, & Ducissa *Leonora*, nec non *Sigismundo*, *Rainaldo*, & *Alberto* Estensibus, multisque aliis Nobilibus, & Civibus.

Ob cessionem vero Leonelli de Trottis Ferrariensis postremi Abbatis Commendatarii vacante Monasterio Sanctæ Mariæ de Vangaticia, Innocentius PP. VIII. prædictus tertio nonas Augusti dicto anno 1487. Pontificatus sui tertio, ipsum contulit *Ambrosio* Bernardo Patricio Veneto notario Apostolico. Eodem die dedit litteras Episcopo Adriensi *Nicolao Mariæ*, ut eumdem *Ambrosium* adjuvaret in ampliandis, & conservandis juribus dicti Monasterii, quod eidem Episcopo ordinario jure subesse dignoscebatur. Ipso die illum absolvit a quibuscumque censuris, ut possessionem Monasterii inire posset. Tandem conventui Vangaticiensi scribens, eumdem in Ab-

ba-

batem datum Monachis exposuit, ut ex sequentibus Litteris editis etiam in Annalibus Camaldulensibus Tom. VII. pag. 229., apparet.

„ Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio
„ magistro *Ambrosio* Bernardo Clerico Venetiarum Notario Nostro
„ salutem & Apostolicam Benedictionem. Romani Pontificis Pro-
„ videntia circumspecta singulis Ecclesiis, & Monasteriis que vaca-
„ tionis incommoda deplorare noscuntur, ut gubernatorum utilium
„ fulciantur præsidio prospicit diligenter, ac personis Ecclesiasticis
„ presertim sibi ac Apostolicæ Sedis gratia devotionis obsequiis im-
„ pendentibus, ut in suis opportunitatibus competens suscipiant re-
„ levamen, libenter pro ut decens est de subventionis auxilio provi-
„ det opportuno. Sane Monasterio Beatæ Mariæ de Vangaditia Ca-
„ maldulensis Ordinis Adriensis diœcesis quod dilectus Filius Magi-
„ ster Leonellus de Trottis Cler. Ferrarien. Notarius noster ex conces-
„ sione, & dispensatione Apostolicæ Sedis in Commendam nuper
„ obtinebat, cessante commenda hujusmodi, ex eo quod ipse *Leo-*
„ *nellus* illi hodie in manibus nostris sponte, & libere cessit, nos-
„ que cessionem ipsam duximus admittendam adhuc eo quo ultimo
„ dum eidem Leonello commendatum extitit, vacaverat, modo vacante,
“ Nos vero, & ultimum dicti Monasterii vacationis modum, etiamsi ex
„ illo generalis reservatio resultet, præsentibus pro expresso haben-
„ tes, & tam eidem Monasterio de gubernatore utili, & idoneo,
„ per quem circumspecte regi, & salubriter dirigi valeat, quam
„ etiam tibi, ut te decentius substentare valeas, de alicujus subven-
„ tionis auxilio providere volentes, Monasterium predictum sic va-

„ can-

„ cans tibi per te, quoad vixeris, tenendum, regendum, & gu-
„ bernandum de fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate
„ comendamus, curam, regimen, & administrationem dicti Mona-
„ sterii tibi tam in spiritualibus, & temporalibus plenarie commit-
„ tendo, firma fide, fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino
„ actus tuos Monasterium ipsum per tuæ circumspectionis indu-
„ striam, & studium fructuosum dextera Domini tibi assistente
„ propitia regetur utiliter & prospere dirigetur, ac grata in eisdem
„ spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Volumus au-
„ tem quod propter hujusmodi commendam, solitus Monachorum,
„ & ministrorum numerus in dicto monasterio nullatenus minua-
„ tur, & quod tu debitis, & consuetis Monasterii prædicti, ac di-
„ lectorum filiorum conventus ejusdem supportatis oneribus, de re-
„ siduis illius fructibus, redditibus, & proventibus disponere, &
„ ordinare libere, ac licite valeas, sicut ipsius Monasterii abbates,
„ qui fuerunt pro tempore, de eis disponere, & ordinare potue-
„ runt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque
„ bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dicti Monasterii
„ tibi penitus interdicta. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica
„ scripta mandamus, quatenus curam, regimen, & administratio-
„ nem hujusmodi per te vel alium seu alios sic geras sollicite, fi-
„ deliter, & prudenter, quod dictum Monasterium gubernatori pro-
„ vido & fructuoso gaudeat se commissum, tuque præter æternæ re-
„ tributionis premium nostram, & dictæ Sedis benedictionem, &
„ gratiam consequi merearis. Volumus autem, quod tu antequam
„ regimini, & administrationi hujusmodi te immisceas, solitum
„ juxta

„ juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, præ-
„ stes juramentum in manibus venerabilium fratrum nostrorum Pa-
„ triarchæ Venetiarum, & Episcopi Tarvisini; quibus, & cuilibet
„ eorum per alias litteras Nostras commisimus, quod ipsi, vel al-
„ ter eorum a te hujusmodi recipiant, seu recipiat juramentum.

„ Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Do-
„ minicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo tertio
„ nonas Augusti Pontificatus Nostri anno tertio.

„ Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.

„ Venerabili Fratri Nicolao Episcopo Adriensi salutem, & Apo-
„ stolicam benedictionem. Hodie Monasterium Beatæ Mariæ Van-
„ gadiciæ Camaldulensis ordinis, Adriensis Diœcesis tunc certo mo-
„ do, quem pro espresso haberi volumus, abbatis regimine destitu-
„ tum dilecto filio Magistro Ambrosio Bernardo Clerico Venetia-
„ rum Notario nostro, per eum, quoad viveret, tenendum, regen-
„ dum, & gubernandum de fratrum nostrorum Consilio Apostolica
„ auctoritate commendamus, curam, regimen, & administrationem
„ dicti Monasterii sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie
„ committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius con-
„ tinetur. Cum igitur, ut idem Ambrosius Bernardus in commissa
„ sibi cura prædicti Monasterii, quod tibi ordinario jure subesse di-
„ noscitur, facilius proficere valeat, tuus favor sibi esse noscatur
„ plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus, & hortamur
„ attente, & per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus eum-
„ dem Ambrosium Bernardum, & commissum sibi Monasterium
„ prædictum habeas pro nostra, & Sedis Apostolicæ reverentia pro-

„ penſius commendatos, in ampliandis & conſervandis juribus ſuis
„ ſic eum tui favoris præſidio proſequaris, quod idem Ambroſius
„ Bernardus in commiſſo ſibi ejuſdem Monaſterii regimine ſe poſſit
„ utiliter exercere, tuque divinam Miſericordiam, ac noſtram, ac
„ dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi
„ merearis.

„ Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ mil-
„ leſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, tertio Nonas Au-
„ guſti Pontificatus Noſtri anno tertio.

„ Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei.

„ Dilecto Filio Magiſtro Ambroſio Bernardo Clerico Venetiarum,
„ Notario noſtro ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ
„ Sedis indefeſſa clementia ad ea libenter intendit, per quæ perſo-
„ narum Eccleſiaſticarum ſtatui valeat ſalubriter provideri. Cum
„ itaque Nos hodie Monaſterium Beatæ Mariæ de Vangadicia Ca-
„ maldulenſis ordinis Adrienſis Diœceſis ad præſens certo modo,
„ quem pro expreſſo haberi volumus, abbatis regimine deſtitutum
„ tibi per te, donec vixeris, tenendum, regendum & gubernandum
„ de fratrum noſtrorum Conſilio commendare intendamus, nos ne
„ commenda hujuſmodi, ſi aliquibus ſententiis, cenſuris, & pœnis
„ Eccleſiaſticis ligatus exiſtis, poſſit invalida reputari, volentes te
„ a quibuſcumque excomunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti,
„ aliiſque Eccleſiaſticis Cenſuris, ſententiis & pœnis a Jure, vel ab
„ homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet
„ innodatus, vel irretitus exiſtis, quoad hoc duntaxat, ut commen-
„ da hujuſmodi, ac ſingulæ litteræ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ

„ ſuum

„ suum consequantur effectum, auctoritate Apostolica tenore præ-
„ sentium absolvimus, & absolutum fore nuntiamus. Non obstanti-
„ bus, &c. Datum Romæ &c., ut supra.

Hic Adriensis Episcopus *Hippolitum* Cardinalem Estensem Sacra Purpura, quamvis quindennem, donatum ex Pannonia in Italiam deduxit anno 1494. comitantibus Fratre *Thoma* de Coleonibus Episcopo Cerviensi, & *Simeone* Bonadie Episcopo Imolensi; Prothonotario Calcagnino, ac Cælio Calcagnino Canonicis Ferrariæ, Romamque est prosequtus ad pedes *Alexandri* VI., in cujus ad Summum Pontificatum exaltatione Orator delectus una cum *Joanne Andrea* de Bocciacis de Regio Episcopo Mutinensi, Romæ tunc ejusdem Ducis *Herculis* Nuntio, ut ex ejus Ducalibus Litteris sub die 2. Novembris 1492., scribente Severo ab Epistolis. Ex Urbe una cum *Hippolito* Cardinale, *Ferrante*, & *Sigismundo* Estensibus fratribus *Maladusio* Episcopo Comaclensi, *Thoma* Coleono Episcopo Cerviensi, Dominis Carpii, Mirandulæ, & Corrigii, *Lucretiam* ejusdem Summi Pontificis filiam *Alphonsi* Ducalis Primogeniti Sponsam Ferrariam traduxit die 2. Februarii 1502. Sub *Nicolao Maria* prædicto Civitas Adriæ adhuc ad Ferrariensem ditionem spectabat, simul cum reliquis Civitatibus, Castris, atque Terris Ducatus, & quotannis die festo Sancti Georgii ejusdem Ducatus patroni ingentem cereum eadem Civitas oblatura Ecclesiam Cathedralem Ferrariæ conveniebat, ut ex sequenti Decreto ad ejus favorem contra Commune Adriani emanato colligitur, quod sumptum est ex Libro signato littera Q. Communis Ferrariæ anni 1506. fol. 6. scriptumque fuit per Jacobum de Avento Notarium Ferrariæ, & Cancellarium XII. Sapientum Civitatis ejusdem.

 „ Die

„ Die vigesimo Mensis Aprilis coram magnifico & generoso e-
„ quite & Comite Domino Antonio Constabili Ducali Consiliario
„ secreto, & Judice XII. Sapientum Civitatis Ferrariæ, ejusque
„ Districtus. Comparuit Magnificus eques, & clarus Juris Consul-
„ tus Dominus Baldassar de Machiavellis Civis Ferrariæ, & Civis
„ Civitatis Adriæ, & nomine Communitatis ejusdem, & exposuit
„ qualiter in oblatione annua gloriosissimi Sancti Georgii Patroni
„ hujus almæ Civitatis Ferrariæ superioribus temporibus præfixus,
„ & constitutus fuit locus ultimus Communi & Hominibus dictæ
„ Civitatis, seu agentibus pro ea, & per ipsos homines Adriæ in
„ eadem processerunt continue ab annis viginti & circa, Commune
„ & homines terræ Adriani, seu Agentes pro ea. Instans, & pe-
„ tens per præfatum Magnificum Dominum Judicem, & Consil.
„ pronuntiari, & declarari: Eumdem ultimum locum tamquam di-
„ gniorem & honorificentiorem dicto Communi & hominibus dictæ
„ Civitatis Adriæ seu agentibus pro ea, in oblatione anni præsen-
„ tis constituendum & deputandum fore & esse, ipsosque poste-
„ riores fore hominibus Adriani in hujusmodi actu & solemnitate:
„ & quatenus expediat ipsum locum ultimum, ac posteriorem, eis-
„ dem hominibus Adriæ constitui & deputari, cum Civitas Villæ
„ in quibuscumque actibus sit præferenda, & præponenda.

„ Præsente Marchexino filio qm̃ Jacobi de Rigio de Adriano nun-
„ tio & procuratore Communis & hominum terræ Adriani: & præ-
„ dicta audiente ac intelligente & assistente in prædicta oblatione
„ esse deputandum dicto Communi Adriæ, seu agentibus pro eo;
„ & in futurum ipsum eis observandum, & conservandum, & qua-

„ te-

„ tenus expediat ipsum posteriorem locum eisdem hominibus Adriæ
„ deputavit; & prædictum Commune & homines Adriani, seu a-
„ gentes pro eo fore & esse debere in dicta oblatione priores.

„ Præsentibus supradictis Domino Baldassari, & Marchexino, &
„ prædictam pronuntiationem ac declarationem approbantibus &
„ acceptantibus, ac de rato promittentibus, utrisque pro Communi
„ & hominibus suis solemni stipulatione; promissa præsentibus testibus
„ ad hoc vocatis & rogatis Domino Jacomino de Compagno Doct. &
„ equite fil. Magnifici Domini Joannis olim Ducalis Secretarii Cive
„ Ferrariæ de Contrata Sanctæ Mariæ de Vado; Claro juriperito
„ Domino Leonardo Novello, & Nicolao Piscina notario fil. Ser
„ Alovisii Civis Ferrariæ de contrata Sanctæ Mariæ novæ, &
„ aliis.

„ Ego Jacobus de Avento notarius publicus Ferrariæ, nec non
„ notarius Officii XII. Sapientum Communis Ferrariæ prædictis
„ omnibus & singulis præsens fui eaque rogatus scribere scripsi.

Ejusdem autem Episcopi *Nicolai Mariæ* Estensis plurima alia Documenta habemus servata tam in Archivo quam in Cancellaria Episcopatus, & præsertim Compositionem ac promissionem quandam de anno 1506., die vigesima quarta Junii factam per homines Arquadæ solvendi decimam, nimirum ex portionibus vigintiquinque duas omnium Novalium supradicto Episcopo Adriensi, atque ejus Successoribus in perpetuum. Approbavit præterea hic Antistes Locum in castro Lendinariæ quarumdam Pauperum Viduarum communiter in eadem Domo degentium ex pii cujusdam viri Testamento, & hujusmodi convictum. Locus tamen laudatus hodierna die non amplius

plius existit. Sedit *Nicolaus Maria* annos viginti, & diem clausit extremum quinta Augusti 1507., atque in Cathedrali Ecclesia Ferrariæ tumulatus, non longe a communi Antistitum Sepulcro. Fuit hic Episcopus, pro ut patet ex Chartis in prædicto Archivo adservatis, Vir munificus etiam ultra modum.

L V.

BELTRANDUS Constabilis Nob. Ferrariensis J. U. D. Basilicæ Vaticanæ Canonicus *Alphonsi* Ducis Ferrariæ apud *Julium* PP. II. Orator, die 27. Aprilis anni 1508. *Nicolaum* Mariam in Adriensi Episcopatu consecutus est, pro ut patet etiam, ut cetera mittam, ex sequenti Documento prædicti anni, die quinto Mensis Julii reperto in hujus Archivi Libro signato A. pag. 70.

„ In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi-
„ mo quingentesimo octavo, Indictione undecima, die quinto Men-
„ sis Julii Ferrariæ in plateis Communis ejusdem, & ante Ecclesiam
„ Cathedralem Civitatis prædictæ præsentibus testibus vocatis, &
„ rogatis Venerabili Viro Dono Joanne Antonio Belono de Rodi-
„ gio fil. qm̄....... Capellano infrascripti Reverend. Domini Epis-
„ copi, egregio viro Joanne Francisco belintano fil. qm̄....... claris-
„ simus Jurisconsultus Dominus Gilinus de Gilino de Ferraria
„ procurator, & procuratorio nomine Reverendi in Christo Patris
„ ac Domini Domini Beltrandi de Constabilis de Ferraria Dei &
„ Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Adriensis dignissimi ad infras-
„ cripta, & alia. Constitutus, ut asseruit, a prædicto Domino E-

„ pis-

„ piſcopo, ex Inſtrumento ſuæ procuræ rogato per Donum Fran-
„ ciſcum Serenetam Clericum Mutinenſem, & notarium apoſtoli-
„ cum verbis de anno proxime præterito milleſimo quingenteſimo
„ ſeptimo, Indictione decima die.... a me notario infraſcripto vi-
„ ſo, & lecto ſponte, pure, libere, & ex certa ſcientia, & omni-
„ bus meliori modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus magis,
„ & melius potuit & poteſt volens obtemperare & obſervare gra-
„ tias, & beneficia conceſſas, & conceſſa olim illuſtri & magnifi-
„ co Domino Domino Alberto olim Marchioni Eſtenſi, nec non
„ populo & Communi Ferrariæ inſerta, & contenta in litteris ap-
„ poſtolicis SSmi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Bonifacii
„ Divina providentia olim Papæ noni, ſequens formam, ac ſeriem
„ ipſarum litterarum apoſtolicarum pro ipſo Domino Epiſcopo,
„ & Epiſcopatu prædicto & nomine, & vice ipſius Epiſcopatus,
„ & pro Succeſſoribus ſuis in eo per diſponſationem unius annuli
„ auri quem prædictus D. Procurator ſuis tenebat in manibus jure
„ Feudi ad uſum regni innovavit, & innovando inveſtivit egregi-
„ um virum Ser Federicum de Jacobellis notarium fil. qm. Ser Lu-
„ dovici civem Ferrariæ de contrata ſexti S. Romani de præſenti
„ præſentem inſtantem ſtipulantem, & recipientem pro ſe, & ſuis
„ filiis maſculis legitimis, & naturalibus, & deſcendentibus, &
„ pro illis perſonis quæ de jure & ſecundum formam Feudorum
„ in Feudis ſuccedunt, ac ſuccedere poſſunt & debent, de Decima,
„ & jure decimandi, ac percipiendi decimam, ac fructus decima-
„ les colligendi & percipiendi, ac debendi omnium & ſingulorum
„ ac quoruncumque fructum reddituum ac proventuum decimalium

„ &

„ & nascentium villæ Rodis Comitatus Ferrariæ Adriensis Dioece-
„ sis detracta quarta parte, quæ spectat ad Ecclesiam dictæ villæ
„ Rodis, de qua Decima dictus Federicus dicto jure investitus fue-
„ rat a quondam illustri & Rever. Domino D. Nicolao Maria
„ Estensi olim Episcopo Adriensi ex Instrumentis rogatis per quon-
„ dam honorandum Virum Ser Benasutum de Benasuto uno videli-
„ cet de anno Domini nostri Jesu Xpi millesimo quadringentesimo
„ nonagesimo, die quinto decimo Octobris pro dimidia dictæ De-
„ cimæ acquisita ab Antonio & Novelino fratribus de Novelinis,
„ & de quarta parte alterius dimidiæ, & sic de octava parte to-
„ tius dictæ decimæ, & juris decimandi pro acquisita a Hierony-
„ mo Aldigerino ex Instrumentis publicis. Altero vero de anno mil-
„ lesimo quadringentesimo primo die sexto decimo Decembris pro
„ octava parte decimæ prædictæ acquisita a Cesare Dalmesano, a-
„ lias Aldigerino muratote acquisita per ipsum Ser Federicum ex
„ Instrumento manu publici notarii uno etiam de anno millesimo
„ quadringentesimo nonagesimo quarto, die decimo Januarii de una a-
„ lia octava parte dictæ Decimæ acquisita per dictum Ser Fede-
„ ricum ab Antonio Dalmesano. Et de una alia octava parte deci-
„ mæ prædictæ, & juris decimandi acquisita per ipsum ser Fede-
„ ricum a Cæsare Dalmesano varotario ex Instrumento Investitionum
„ pro dictis duabus octavis partibus decimæ prædictæ rogato per
„ me notarium infrascriptum de anno millesimo quadringentesimo
„ octuagesimo quarto die decimo Januarii. Et innovavit & inno-
„ vando investivit ipsum Ser Federicum præsentem, & stipulantem
„ ut supra de dicta decima & jure decimandi prædicto cum in-
„ troiti-

„ troitibus & exitibus suis suisque certis justis finibus, & coerentiis,
„ & cum omnibus & singulis ad ipsam decimam, & jus deciman-
„ di spectantibus & pertinentibus ad habendum, tenendum, possi-
„ dendum, usufructuandum, colligendum, & decimandum, & quid-
„ quid dicto feudatario, & suis ut supra, jure prædicto placuerit
„ perpetuo faciendum, & hoc tamquam de recto, & antiquo feudo
„ a dicto Episcopatu Adriensi. Promittens dictus procurator dicto
„ nomine ipsi Feudatario præsenti, & ut supra stipulanti decimam
„ ipsam & jus ipsum decimandi legitime perpetuo ab omni perso-
„ na, communi, collegio, & Universitate defendere, & auctori-
„ zare in judicio & extra omnibus ipsius Domini Episcopi & Suc-
„ cessorum suorum, & ipsius Episcopatus sumptibus periculis, &
„ expensis quantum est pro facto dicti Episcopatus tantum. Et
„ pro feudo, & recognitione, & nomine feudi & recognitionis di-
„ midiæ dictæ decimæ, & juris decimandi acquisitæ a prædictis
„ Antonio, & Novelino de Novelinis tantum dictus feudatarius
„ obligando se, & sua bona omnia, & singula præsentia & futura
„ per se, & suos heredes solemni stipulatione promisit prædicto
„ Domino procuratori præsenti & stipulanti ut supra, & etiam
„ mihi notario infrascripto ut publicæ personæ præsenti, & stipu-
„ lanti, vice & nomine prædicti Reverendi Domini Episcopi &
„ Successorum suorum, ac Episcopatus prædicti, dare, tradere, &
„ cum effectu consignare omni anno in festo Nativitatis Domini
„ nostri Jesu Christi unam libram Candelarum ceræ, quoniam pro
„ aliis partibus ipsius decimæ, & juris decimandi nihil solvitur per
„ ipsum Ser Federicum. Et insuper prædictus Ser Federicus manu

„ corporaliter tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia juravit in
„ manibus prædicti D. procuratoris præsentis, & stipulantis ut su-
„ pra prædicto Domino Episcopo, & Successoribus suis in dicto
„ Episcopatu se fidelem esse Vassallum, & omnia, & singula face-
„ re quæ in capitulo fidelitatis continentur. Renuntiantes ipsæ par-
„ tes, agentes ut supra, exceptioni non factæ supradictæ Investitio-
„ nis, promissionis, & obligationis & non sic celebrati præsentis
„ Instrumenti per modum de quo supra reique non sic gestæ, fori-
„ que privilegio, exceptioni doli mali, actioni in factum & con-
„ ditioni indebiti sine causa, quod metus causa ex iniusta vel si-
„ mulata causa, omnique alii exceptioni suo juri beneficio, & au-
„ xilio sibi competenti, vel competituro. Quam Investitionem, &
„ omnia, & singula supradicta & in præsenti instrumento contenta
„ prædictus D. procurator obligando ipsum Dominum Episcopum,
„ & Episcopatum, ac bona dicti Episcopatus præsentia & futura
„ per se, & successores in eo Episcopatu, ac ipse Ser Federicus
„ obligando se, & sua bona omnia, & singula, præsentia, & fu-
„ tura per se, & suos hæredes promiserunt sibi invicem & vicissim
„ præsentibus & stipulantibus ut supra firma, rata, & grata per-
„ petuo habere, tenere, attendere, solvere, adimplere, & in ali-
„ quo non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se vel
„ alium seu alios alterius ipsarum partium nomine vel nominibus,
„ modo aliquo, ratione vel causa de jure vel de facto. Sub pæna
„ solemni stipulatione promissa librarum vigintiquinque Marchesa-
„ næ, & obligatione omnium, & singulorum suorum bonorum præ-
„ sentium, & futurorum cum refectione damnorum interesse & ex-
„ pen-

„ pensis litis, & extra, qua pœna soluta, vel non supradicta o-
„ mnia & singula sint perpetuo firma.

„ Ego Rizardus Capellinus filius quondam egregii viri Ser Jaco-
„ bi Mariæ Capellini notarii Apostolica & Imperiali auctoritate
„ notarius publicus Ferrariensis virtute licentiæ mihi datæ & con-
„ cessæ in majori & generali consilio civitatis Ferrariæ sono cornu,
„ & campanæ more solito coadunato extendendi, relevandi & in
„ publicam formam redigendi Scripturas & Schedas quondam egre-
„ gii &c.

Die vero 23. Maii 1509. hic Antistes in Cathedrali Ecclesia Ferrariæ Rosam auream ab eodem *Julio* PP. II. benedictam *Alphonso* Duci inter Missarum solemnia obtulit tamquam S. R. E. Vexillifero, seu Confalonerio juxta Litteras Apostolicas sub die 19. Aprilis anni ejusdem Romæ datas. Pro eodem Duce in Romana Curia Orator permansit sub Summo Pontifice *Leone* X., & in Sessione septima Concilii Lateranensis habita die 17. Junii 1513. post S. R. E. Cardinales se subscripsit, ita etiam in Sessione nona 5. Maii 1514. Sessione decima die 4. Maii 1515. Sessione Duodecima die 13. Martii 1517., ubi sententiam tulit suam, pro ut die 15. ultima ejusdem Concilii.

A Magistratu Ferrariæ remissionem collectarum bonorum suorum Ecclesiasticorum obtinuerat, ob ejus merita in Patriam, maxime quia vero apud Summum Pontificem institerat, & obtinuerat, ut Clerus Ferrariensis onerum & Collectarum Civium particeps fieret ex publico Decreto in Libro signato Littera Q. determinationum Communis Ferrariæ pag. 36. per Jacobum de Avento Notarium publi-

cum Ferrariæ, nec non Officii XII. Sapientum Civitatis ejusdem descripto, ut sequitur.

„ MDVIII. die vigesimo Mensis Decembris Ferrariæ Magnificus „ ac insignis eques & Comes Dominus Antonius de Constabilis Du„ calis Consiliarius secretus, & Judex dignissimus XII. Sapientum „ Ferrariæ &c. una cum infrascriptis Sapientibus & adiunctis; quo„ rum Sapientum nomina sunt ista:

„ Magnificus ac Clarissimus Artium & Medicinæ Doctor Domi„ nus Magister Franciscus de Castello Ducalis Fisicus & Conso„ cius.

„ Magnificus & Generosus eques & Comes Dominus Sigismun„ dus de Trottis.

„ Spectabils Dominus Theodorus Brugia Ducalis Colateralis.

„ Spectabilis eques & Clarissimus Jurisconsultus Dominus Jaco„ minus de Compagno.

„ Spectabilis ac Clarissimus Jurisconsultus Dominus Joannes Ma„ ria Sacratus.

„ Spectabilis Bernardinus Taruffus Ducalis provisor.

„ Spectabilis Hieronymus Stabelinus Ducalis Cancellarius.

„ Spectabilis Albertus Bendedeus.

„ Clarus Jurisperitus Dominus Leonardus de Novello Causidicus Ferrariensis.

„ Egregius Vir Ser Baldassar de Diano Notarius.

„ Egregius Vir Petrus de Albertino Campsor.

„ Nomina adjunctorum sunt ista:

„ Magnificus Dominus Hieronymus Ziliolus Ducalis Camerarius „ primarius.

„ Spe-

„ Spectabilis ac Clar. Jurisconsultus Dominus Petrus de Becha-
„ ria.

„ Egregius Vir Hieronymus Fabianus.

„ Egregius Vir Franciscus de Vicentiis.

„ Egregius Vir Contugo de Contugone.

„ Egregius Vir Joannes Corazerius.

„ Egregius Vir Aldigerius Bicius &c. & post pauca

„ Q. 9. Judex XII. Sapientum diuturno more & stilo hujus Ma-
„ gnificæ Communitatis pro se, & bonis ejus ab omnibus & sin-
„ gulis collectis ipsius Communitatis immunis esse consuevit. Et
„ nonulli non tantum pro bonis eorum, sed etiam pro bonis fra-
„ trum ac nepotum suorum eamdem immunitatem impetraverunt
„ Q. 9. & Reverendus quidam Felinus Sandeus eamdem pro bonis
„ ejus etiam Ecclesiasticis superioribus annis toto tempore ejus vi-
„ tæ consecutus est. Quo accedente ejus studio, ac diligentia uni-
„ versus Clerus hujus inclitæ Civitatis & Ducatus Ejusdem one-
„ ribus Collectarum Communis Ferrariæ auctoritate Apostolica af-
„ fectus fuerit. Q. 9. finita dicta gratia Apostolica quanto præsen-
„ ti anno Reverend. Dominus Beltrandus Episcopus Adriensis ejus
„ Domini Judicis XII. Sapientum Frater, ad subiiciendas denuo
„ easdem personas Ecclesiasticas prædictis oneribus collectarum pe-
„ nes Summum Pontificem adiumento fuerit omnibus innotescit.
„ Quapropter Communi voto remiserunt collectas bonorum suorum
„ Ecclesiasticorum pro libris nonaginta novem solidorum quinque,
„ & denariorum quinque, quas debebat in præsentiarum Communi
„ Ferrariæ, sed etiam eum perpetuo immunem fecerunt pro bonis

„ ejus

„ ejus Ecclesiasticis tam quæsitis, quam acquirendis, quatenus Pa-
„ terna immunitas bona ejus Ecclesiastica non comprehendat &c. „

Beltrandus præterea anno 1514., die 14. Januarii volens multa bona sui Episcopatus Adriensis deperdita, & occupata recuperare multos homines Terræ Lendinariæ citari curavit, laicos Adriensis Diœcesis, Romæ in Auditorio Rotæ coram Domino *Dominico* de Jacobaciis Episcopo Lucerino, nec non Cassanensi Sacri Palatii Apostolici Auditore pro Decimis, quas multi eorum non solvunt, & præcipue Vinorum, quorum magni sunt proventus, & Sententiam in favorem suum & Ecclesiæ suæ retulit. Exemplar hujus Citationis, & in ea comprehensorum in Archivo Episcopatus habetur. Sententia autem fuit denuntiata hominibus Lendinariæ, qui etiam a sacris seclusi fuerunt. Ejusdem denique Episcopi non omittimus quamdam Emphiteusim ab ipso factam in favorem *Joannis* Zilioli Civis Ferrariensis anno 1510., Indictione decima tertia, die undecimo Mensis Septembris, præmissis omnibus facultatibus a Sancta Sede Apostolica tam a *Julio* PP. II. quam a *Leone* PP. X. quæ est hujusmodi ex Archivo Episcopatus in libro inscripto: *Processus Gavelli*.

„ In Christi nomine Amen. Anno 1510., Indictione decima ter-
„ tia, die undecimo Mensis Septembris Ferrariæ in Domo mei No-
„ tarii infrascripti in quodam Camerino dictæ Domus positæ in
„ Contrata S. Mariæ de Vado præsentibus Testibus vocatis & ro-
„ gatis discreto juvene Augustino Malgarito Notario publico Fer-
„ rariæ filio egregii Viri Gabrielis de Contrata Santæ Mariæ de
„ Vado, Magnifico Francisco Pistore filio quondam Andreæ de di-

„ cta

„ cta, & aliis &c. Ven. Decretorum Doctor D. Bonifacius Gali-
„ bertus de Barileta Vicarius in Spiritualibus, & Temporalibus
„ Generalis Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Domini Bel-
„ trandi de Conſtabilis Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopi
„ Adrienſis, nec non Procurator & Procuratorio Nomine præfati
„ D. Epiſcopi ſpecialiter ad infraſcripta & alia conſtitutus ex In-
„ ſtrumento ſui Mandati rogato per D. Deſiderium Thonà de Ba-
„ rom. Clericum Tuſculanæ Diœceſis Notar. Pub. Apostolicum de
„ anno 1509. Indict. XII., die 10. Januarii a me Notar. infraſcri-
„ pto viſo & lecto, obligando omnia & ſingula præfati D. D. Epiſ-
„ copi, & ejus Epiſcopatus bona præſentia & futura, & ſucceſſo-
„ rum ſuorum in dicto Epiſcopatu cum uno Annulo aurei quem
„ ſua habebat in manu vigore licentiæ & facultatis ejuſdem D.
„ D. Epiſcopo datæ & conceſſæ ac ſententiæ ſuper inde latæ per
„ Rev. D. Dioneum de Marano Archipresbyterum Eccleſiæ Cathe-
„ dralis Adrienſis, dedit, conceſſit, & locavit in Emphiteuſim per-
„ petuam, ſingulis viginti novem annis renovandam; ita tamen
„ quod pro una quaque renovatione cum tempus advenerit infraſ-
„ criptus D. Joannes ſolvere teneatur ſolidos viginti novem parvos
„ de argento Venetos, D. Joanni de Zilliolis filio qm̃ Baptiſtæ Du-
„ cali Theſaurario Civi Ferrarien. de Contrata Sancti Gregorii
„ præſenti & conducenti pro ſe ſuiſque filiis, & hæredibus Unam
„ Vallem in Villa Gavelli modiorum mille, vel circa, & quantæ-
„ cumque quantitatis ſit & eſſe reperiatur quantum eſt pro majori parte
„ ipſius Vallis ſpectanti & pertinenti ad Menſam Epiſcopalem Adrien-
„ ſem in præſentiarum limo, cœno, & paluſtribus ac herbis, & etiam

„ a-

„ aquis imixam, & condensam, maximaque alvei latitudinis pro-
„ funditate existentem, posita in Territorio, seu Diœcesi Adriensi
„ juxta uno capite dictum D. Joannem pro juribus Abbatiæ Gavel-
„ li, alio capite clavicam Curichiorum, uno latere aggerem Cor-
„ crepati, & alio Canale magnum magistrum, vel juxta plures aut ve-
„ riores confines dictæ rei si qui sunt: & hoc cum omnibus ju-
„ ribus & pertinentiis suis & jure decimandi, seu fructus decimales
„ ex tota dicta Valle provenientes, & pro tempore proventuros
„ percipiendi, habendi, & consequendi, cum introitibus, & exiti-
„ bus suis, ejusque certis, & justis finibus, & coherentiis, & cum
„ omnibus, & singulis ad dictas res spectantibus, & pertinenti-
„ bus; nec non cum licentia sua auctoritate propria intrandi, stan-
„ di, & apprehendendi tenutam & corporalem possessionem dicta-
„ rum rerum ut supra concessarum ad habendum, tenendum, pos-
„ sidendum, & alia, & omnia & singula sibi de jure permissa, &
„ de quibus infra faciendum. Quas res ut supra concessas dictus Procu-
„ rator dicto nomine obligando præfatum D. D. Episcopum, &
„ omnia & singula dicti ejus Episcopatus bona præsentia, & futu-
„ ra per se, & suos in dicto Episcopatu Successores promittit dicto
„ Domino Joanni conductori præsenti, stipulanti, & recipienti pro
„ se suisque, de quibus supra, legitime perpetuo ab omni persona,
„ Communi, Collegio, & Universitate, auctorizare, defendere, &
„ disbrigare in omni causa, & in omnibus judiciis præfati D. D.
„ Episcopi & Successorum suorum periculis, sumptibus, & expen-
„ sis, & pro recognitione, & nomine recognitionis dictæ Vallis
„ pro dicta ejus majori parte spectante & pertinente ad præfatam
„ Men-

„ Mensam Episcopalem dictus Dominus Joannes conductor obligan-
„ do se, & omnia, & singula sua bona præsentia & futura pro
„ se, & suos de quibus supra promisit dicto Domino Procuratori
„ dicto nomine, & vice dicti D. D. Episcopi & Successorum suo-
„ rum in dicto Episcopatu dare, solvere, tradere, & consignare
„ D. Episcopo, & Successoribus suis, seu ejus & eorum legitimo
„ Nuntio, & Procuratori omni & singulo anno quartam partem
„ omnium fructuum Decimalium, qui pro tempore provenient ex
„ dicto jure decimandi, ut supra, concesso pro recognitione, & no-
„ mine recognitionis dicti juris decimandi ut supra concessi, omni
„ juris & facti exceptione remota. Acto per pactum per & dictas
„ partes, ut supra agentes, quod dictus Dominus Joannes teneatur,
„ & debeat omnem diligentiam adhibere, & impensas necessarias
„ facere, ut Vallis prædicta dessicetur, seu aquæ in ea existentes
„ per aggeres, & fossata ad instar fluminis, seu Torrentis reducan-
„ tur, & sic D. Joannes prædictus obbligando se ut supra promisit
„ dicto Procuratori præsenti, stipulanti, & recipienti ut supra. Et
„ renuntiaverunt dictæ partes, ut supra agentes, & quælibet earum
„ exceptioni non celebratæ presentis Contractus, reique non sic ge-
„ stæ, forique privilegio, exceptioni doli mali, quod metus causa
„ actioni in factum & conditioni sine causa, omnique alii ex-
„ ceptioni suo jurique beneficio & legum auxilio sibi competenti,
„ & competituro; quæ omnia, & singula suprascripta, & in præ-
„ senti Instrumento contenta dictæ partes ut supra agentes, & o-
„ bligantes ut supra promiserunt sibi invicem, & vicissim præsen-
„ tibus ut supra stipulantibus firma & rata perpetuo habere, tene-

„ re, attendere, obſervare, & adimplere, & in aliquo modo non
„ contrafacere, dicere, opponere, vel venire per ſe, vel alium
„ eorum nominibus, vel alterius eorum nomine, modo aliquo, ra-
„ tione, vel cauſa de jure, vel de facto ſub pœna ſolemni ſtipula-
„ tione hinc inde interveniente promiſſa librarum quinquaginta
„ Marcheſarum, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum
„ ſuorum præſentium, & futurorum cum refectione damnorum in-
„ tereſſe, & expenſarum litis, & extra. Qua pena ſoluta, vel
„ non, prædicta omnia & ſingula ſint perpetuo firma.

„ L. S. Ego Alexander filius qm̃ præſtantis Viri Ser Benaſuti de
„ Benaſutis olim Notarii Imperiali Apoſtolica auctoritate Notarius
„ Publ. Ferrarienſis ſupraſcriptis omnibus & ſingulis præſens fui &
„ rogatus ſcribere in Schedis Scripturis publ. & originalibus meis
„ publice & autentice ſcripſi, eaque ſumi & exemplari feci per
„ ſupraſcriptum Melchiorem Notar. Publ. Ferrariæ, quod facere
„ potui vigore proviſionis Communis Ferrariæ de hoc loquentis,
„ ſignumque meum a capite mei nominis appoſui conſuetum.

Anno vero 1514., Indictione ſecunda, die 10. Menſis Auguſti, Pontificatus vero *Leonis* X. anno ſecundo, uti delegatus a ſupradicto Epiſcopo Beltrando *Hieronymus* Tornini Civis Ferrarienſis ejuſdem Antiſtitis Vicarius Generalis ex humili inſtantia *Joannis* Ziliocali Civis Ferrarienſis, Ducalis Theſaurarii, nec non Collateralis, Capellam ſive Eccleſiam Sancti Petri Martyris de Gavello in Paroeciam erexit, & conſtituit auctoritate ordinaria, dividens ipſam ab antiqua Matrice Eccleſia Parochiali Sanctæ Mariæ Aſſumptæ de Villanova Marchioniſſa, ut ex tabula authentica aſſervata in hac

Curia

Curia Episcopali, & scripta per Alexandrum de Benasutis Notarium publicum Ferrariæ, Curiæque in ipsa Civitate Episcopalis Adriæ Cancellarium; injungens novo Paroco Gavelli ut perpetuo offerret Cereum unum libræ unius Ceræ Parochiali Villænovæ Marchionissæ prædictæ in die, quo festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in ipsa Ecclesia celebrabitur.

Cessit ad Superos *Beltrandus* Romæ anno 1519., sepultusque fuit humili loco ad Sanctam Mariam de Populo, ubi Frater ejus supradictus Judex XII. Sapientum *Alphonsi* Ferrariæ Ducis Orator ad *Clementem* VII. non VIII., ut male cum Libanorio in Epitaphio transcripsit Ughellius, hujusmodi monumentum posuit.

BELTRANDO CONSTABILI RAINALDI FILIO EPISCOPO ADRIENSI VIRO SUMMÆ GRAVITATIS LITTERATURÆ EXISTIMATIONIS CUI PROPTER MORUM SANCTITATEM ESTENSES PRINCIPES ARCANA REGNI CONSILIA CREDIDERE QUIQUE MULTOS ANNOS LEGATIONE INDUSTRIA FUNCTUS SUB LEONE X. PONT. MAXIM. ANNOS NATUS PROPE TRES ET SEXAGINTA ORATOR IN URBE OBIIT. ANTONIUS FRATER CUM ET IPSE ORATOR AD CLEMENTEM VIII. VENISSET INCOMPARABILI PIETATE TUMULUM EX HUMILI LOCO IN HANC SPECIEM RESTAURAVIT.

LVI.

FRANCISCUS Pisani Patritius Venetus Aloysii D. Marci Procuratoris filius vir pietate, ac litteris ornatus, instante *Leonardo Lauredano* ejusdem Reipublicæ Principe, ex Apostolico Prothonotario ad titulum Sancti Theodori Diaconus Cardinalis die 26. Junii 1517. a *Leone* PP. X. creatus est. Deinde cum *Beltrandus* vacuam hanc sedem fecisset, ab eodem Summo Pontifice anno 1519. Adriensis Episcopus electus fuit. Die vero 19. Junii ejusdem anni personaliter constitutus Franciscus Malaguginus Civis, & Notarius Rhodigii Procurator, & Procuratorio nomine supradicti Cardinalis, possessionem Episcopatus inivit, ut constat ex sequenti Instrumento in Capitulari Archivo reperto a Clar. Viro laudato *Francisco* Bocchi & nobis communicato.

„ In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesi-
„ mo quingentesimo decimo nono, Indictione septima, die decimo
„ nono Mensis Junii in Locis infrascriptis, præsentibus Testibus vo-
„ catis & rogatis D. Ser Andrea fil. D. Ser Antonii-Mariæ de Grot-
„ tis Notario Adrien. D. Ser Baldassare fil. qm. D. Ser Petri de
„ Amatis, D. Ser Jo: Francisco fil. qm. D. Ser Jo: Baptistæ de
„ Grottis, Jo: Jacobo Cole, D. Ser Galasii omnibus Civibus habi-
„ tatoribus Adriæ, & aliis multis.

„ Coram Venerabilibus & circumspectis Viris Dominis Domino
„ Joanne Zambono, & Domino Petro Cola Canonicis Cathedralis
„ Ecclesiæ Sancti Petri Episcopatus Civitatis Adriæ, cæterisque

„ Pres-

" Presbiteris dictæ Ecclesiæ inibi insimul congregatis, & conve-
" nientibus universum Capitulum repræsentantibus, cum alii Canoni-
" ci non sint in præsenti in dicta Ecclesia residentiam facientes,
" ad sonum Campanæ pulsatæ juxta usum & consuetudinem Ipso-
" rum hactenus observatam, vocatis in mei Notarii infrascripti &
" Testium suprascriptorum ad hoc vocatorum & specialiter roga-
" torum præsentia: Personaliter constitutus Honorandus Vir Ser
" Franciscus Malaguginus Civis & Notarius Rhodigii Procurator &
" Procuratorio nomine Reverendissimi in Xpō Patris & Domini
" Domini Francisci de Pisanis de Venetiis tituli S. Theodori Car-
" dinalis: prout de suo Procure Mandato...... constat Instrumento
" manu publici Notarii: & virtute quarumdam Literarum Aposto-
" licarum........ Electionis: sive provisionis Episcopatus dictæ Ec-
" clesiæ per Sanctissimum in Xpō Patrem Dominum Dominum
" Leonem Papam prædicto Reverendiss. Domino Francisco Cardi-
" nali gratiose conf......... Idem D. Franciscus Malaguginus Pro-
" curatorio nomine quo supra dicti Canonici, & Capitulares p. 5.
" quatenus ipsum nomine prædicti Reverendiss. Francisci Cardina-
" lis in & ad corporalem realem Administrationem, Possessionem
" dictæ Ecclesiæ, & Episcopatus nuper vacantis per mortem olim
" Reverendiss. Beltrandi de Constabilis immediati Episcopi Adrien-
" sis cum omnibus juribus & pertinentiis suis, ac oneribus & ho-
" noribus juxta & secundum earum Litterarum Apostolicarum
" vim.......... sub penis, sententiis, & censuris in eisdem conten-
" tis ponerent & inducerent debita cum instantia postulavit.

" Qui

„ Qui quidem Domini Canonici omnes universum Capitulum
„ repræsentantes cupientes Mandatis Apostolicis satisfacere seu
„ parere, ne censuram aliquam incurrerent, eumdem D. Francis-
„ cum Malaguginum Procuratorem antedictum in Personam prædi-
„ cti Reverendiss. Cardinalis, in realem corporalem & actualem
„ Possessionem dictæ Ecclesiæ, & Episcopatus Adriensis cum Sole-
„ mnitatibus in talibus Functionibus solitis & consuetis, recepe-
„ runt & induxerunt, & in Sede Episcopali in Choro, & Loco,
„ & Capitulo ejusdem Ecclesiæ sedere fecerunt; nec non possessio-
„ nem dictæ Ecclesiæ per hunc modum ei assignarunt: Ducentes
„ ipsum Procuratorem per manum semper præsentem & acceptan-
„ tem ad cornu Altaris Majoris, & id deosculando, & postmo-
„ dum hostia ipsius Ecclesiæ claudendo & aperiendo; Dantes dicti
„ Canonici dicto Procuratori præsenti, & ut supra acceptanti de
„ Lapidibus ipsius Ecclesiæ, calce, lota, & lignis in ea existenti-
„ bus ita quod per hæc, & alia dictam possessionem dictarum re-
„ rum adipiscatur, & adipisa intelligatur veram legitimam actua-
„ lem & corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ & Episcopatus,
„ omniumque jurium, pertinentiarum suarum temporalium, & Spi-
„ ritualium. Rogantes autem..... prædicti D. Canonici & Capitu-
„ lares me Bernardum Gallum Notarium infrascriptum quatenus
„ de præmissis publicum conficerem, & conficiam Instrumentum.

„ Actum in Ecclesia prædicta Cathedrali Sancti Petri de Adria
„ anno millesimo, die, Mense, & Indictione quibus supra.

„ Ego Bernardus Fil. qm̄ egregii Viri Mengi de Gallis de Adria
„ Pub. Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius Adriensis

„ præ-

,, prædictus omnibus & singulis præsens fui eaque rogatus scribere
,, scripsi.

,, L. S. Franciscus Hieronymus Bocchi Nob. qm̃ Dñi Augustini
,, fil. Civis & P. A. V. Notarius, nec non Cancellarius Rever.
,, Capituli Canonicorum Cathedralis Adriæ rogatus &c. ex authen-
,, ticis in Capitulari Archivio existentibus exemplavit, subscripsit,
,, & signavit hac die 14. Mensis Martii, Anno Domini 1785.

Hanc autem Ecclesiam *Franciscus* Card. Pisani post tres circiter Menses libere cessit *Herculi* Cardinali Rangonio, prout videbimus infra, & Ipse deinde anno 1524. ut ex Ughellio, & aliis habemus, ad Patavinam Sedem translatus fuit.

LVII.

HERCULES Rangoni Mutinensis Patritius *Nicolai* filius ex *Blanca* Bentivola fuit, cujus pietate, atque educatione ad altaria adolevit. Sub *Lilio Gregorio* Gyraldo studiis humanioribus imbutus *Joannis* Medicæi Cardinalis servitio se addixit mox Summi Pontificis *Leonis* X. nomine; qui captivus in Ravennatensi Clade a Gallis Bononiam ductus una cum *Hercule*, ibidemque exsibilatus Mutinam fuit deportatus, non tamen intromissus ne in libertatem vindicaretur; cohonestatus nihilominus ornamentis ad cultum necessariis a *Blanca* Herculis matre, ad Padum tractus est, ut inde obtorto collo in Galliam duceretur, *Herculem* dimisit ad matrem, quem matrona magnanima captivitatis socium dederat. Ibi, ut pluribus narrat Ciaconius, ruptis vinculis, cum se in libertatem Medicæus

vindi-

vindicasset, Placentiam profugit, inde Mantuam, ibique fuit liberaliter exceptus opera Blancæ Herculis matris. Hinc *Joannes* grati animi ergo cum ad Summi Pontificatus apicem adscendisset, *Herculem* cubiculariorum suorum principem, & Apostolicum Prothonotarium instituit; deinde die 26. Junii 1517. Diaconum Cardinalem tituli Santæ Agathæ creavit. Anno vero 1519. Mense Octobri ob renuntiationem a *Francisco* Cardinali Pisano factam ab ipso Pontifice adlectus est Episcopus Adriensis, pro ut clare apparet ex Documentis multis existentibus in hoc Episcopali Archivo, & præsertim ex hoc relato in Libro F. pag. 3.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis 1519. In-
„ dictione septima, die 20. Octobris Rhodigii in Domibus Episco-
„ patus, præsentibus testibus vocatis, & rogatis, spectabile D. Ni-
„ colao Amolino qm̃ D. Ludovici, & D. Antonio fil. qm̃ Ser A-
„ ristotelis de Aldivertis & Venerabile D. Joanne Antonio Bellono
„ qm̃ Ser Petri.

„ Et ibi Nobilis Vir D. Baptista de Neris Civis Mutinensis, u-
„ ti Procurator Commissus & mandatarius Reverendiss. in Xpõ
„ Patris & D. D. Herculis de Rangonibus tituli Sanctæ Agathæ
„ Diaconi Cardinalis, & Episcopi Adriensis meritissimi ex instru-
„ mento suæ procuræ stipulatæ sub die 9. mensis Septembris de
„ anno instanti 1519. de eo rogato D. Jacobo Abel Archivi Ro-
„ manæ Curiæ Scriptori, & in Archivio notario descripto, & ma-
„ triculato, jure livelli perpetualis renovandi semper in capite quo-
„ rumlibet vigintinovem annorum cum tempus advenerit, & sic
„ præsens pagina semper hoc ordine renovetur, cum uno anulo au-
„ reo,

„ reo, quem sua tenebat in manu, innovavit & innovando investi„ vit spect. Virum D. Joannem Ludovicum qm̃ Ser Joannis Fran„ cisci de Rubeis ibi præsentem, stipulantem, & recipientem pro „ se, suisque filiis, & heredibus de decima, & jure decimandi u„ nius possessionis aratoriæ, & vineatæ, & prativæ camporum se„ xaginta vel circa positæ in fundo Ruperis Creti, nominata il bra„ glio & il maso juxta hos confines, ab uno latere spect: D. Hie„ rolimum Calcagninum, & ab alio prædictum D. Hierolimum „ juxta etiam a duobus lateribus D. Hierolimum Calcagninum, „ uno capite aggerem Aticis, alio capite viam publicam, juxta „ etiam hos confines ab utroque capite, & uno latere D. Hiero„ limum, ab alio latere viam publicam, vel juxta ad habendum, „ & pro recognitione dictæ rei livellatæ promisit præfatus D. Joan„ nes Ludovicus conductor dare, solvere, & numerare antefacto Re„ verendiss. Domino Episcopo Adriensi & seu suis agentibus ac suc„ cessoribus omni & singulo anno in Nativitate Domini nostri Jesu „ Xpi libras sex, solidos quatuor. V. G. Ducatum unum aureum „ ad rationem librarum sex, solidos quatuor parvorum; quas pe„ tias, terras ut supra livellatas promisit præfatus Dñus Baptista „ comissarius ut supra dicto Domino Ser Ludovico præsenti, stipu„ lanti, & recipienti pro se, suisque filiis & heredibus ab omni „ persona, Communi, Collegio, & Universitate perpetuo autoriza„ re, defendere, & disbrigare in judicio & extra, omnibus ipsius „ antefacti Reverendiss. Domini Episcopi, & ejus Episcopatus sum„ ptibus, periculis & expensis; quæ omnia & singula suprascripta, „ & in præsenti Instrumento descripta promiserunt dictæ partes

„ ſibi invicem, & viciſſim, ſub pena librarum quinquaginta par-
„ vorum.

„ Ego Franciſcus fil. qm̃ Dñi Jacobi de Malaguginis publicus
„ Imperiali auctoritate Notarius Rhodigienſis, & Curiæ Epiſcopalis
„ Adrienſis ſcriba præmiſſis interfui & rogatus ſcripſi.

Juvat autem tria hic referre Inſtrumenta ſub eodem Cardinali Epiſcopo Rangonio ſtipulata, ex quibus evidenter probare poſſumus Decimas fundi ac Silvæ Criſpini, quamvis Diœceſis hodie eſſe dicantur Ravennæ, nihilominus pertinere ad jura Adrienſis Epiſcopatus, ut etiam per privilegia ſuper allata conſtat. Item Valles atque fundum Laureti, vulgo *Loreo*, qui locus eſt conterminus Adrienſibus Canalibus, & licet nunc ſit Clodienſis Diœceſos, tamen colligitur Diœceſis olim Adrienſis fuiſſe ex antiquis ipſius Eccleſiæ Privilegiis. Quæ tandem cumque fuerit cauſa, propter quam Adrienſis Epiſcopatus ea jura amiſit, hæc ſunt Documenta, ſeu Inſtrumenta, de quibus loquimur, fideliter excerpta a libro ſignato A. pag. 141. & ſeq.

„ In Criſti Nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis Milleſimo
„ quingenteſimo vigeſimo, Indictione octava, die ſextodecimo
„ Menſis Novembris Ferrariæ in Domo Eccleſiæ Sancti Romani in
„ quadam camera ſuperiori dictæ Domus poſitæ ſuper platea Com-
„ munis Ferrariæ præſentibus teſtibus vocatis, & rogatis; Reve-
„ rend. in Chriſto patre Sacræ Theologiæ Magiſtro Joanne de Ami-
„ geto electo ſuffraganeo Reverendiſſimi Domini Cardinalis Ran-
„ goni, Venerabili Dono Joanne Antonio Belono qm̃ Petri de Ro-
„ digio cive Ferrariæ de contracta Sancti Jacobi, & aliis. Specta-
„ bilis

„ bilis, & generosus Dominus Joannes Baptista Heres civis Muti-
„ nensis, nec non procurator, & procuratorio nomine Reverendiss.
„ & Illustriss. in Christo Patris, & Domini Domini Herculis de
„ Rangonibus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Sanctæ Agatæ, San-
„ ctæque Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, nec non perpetui
„ Commendatarii & legitimi administratoris bonorum Episcopatus
„ Adriæ specialiter ad ipsam & alia constitutus ex Instrumento sui
„ mandati rogato per Venerabilem Donum Jacobum Habel Cleri-
„ cum Argentinensem notarium in Archivio Romanæ curiæ de an-
„ no Millesimo quingentesimo decimo nono Indictione septima, die
„ decimo nono Septembris a me notario infrascripto viso & lecto
„ cum protestatione quod de suo in aliquo minime teneatur, & sic
„ protestatus sum in principio, medio, & in fine; volens obtempe-
„ rare, & observare gratias & beneficia concessas, & concessa Il-
„ lustriss. & Magnifico Domino Alberto Marchioni Estensi, nec
„ non populo & Communi Ferrariæ inserta & contenta in litteris
„ Apostolicis Sanctissimi in Christo Patris & Domini Domini Bo-
„ nifacii Divina Providentia Papæ noni, omni meliori modo, via,
„ jure, causa, & forma, quibus magis & melius potuit, & po-
„ test sequens & sequere volens seriem & formam dictarum Litte-
„ rarum Apostolicarum, cum uno anulo auri, quem sua tenebat in
„ manu, Jure Livelli perpetualis de viginti novem annis in viginti
„ novem annos ad renovandum, ita tamen ut pro unaquaque reno-
„ vatione, cum tempus advenerit, solvere teneatur soldos viginti no-
„ vem parvorum de argento Venetorum, obligando bona & singula
„ dicti Episcopatus, & Successorum suorum in eo Episcopatu, inve-

„ ſtivit ſpectabilem & legum ſcolarem Coſmum filium & procura-
„ torem & procuratorio nomine ſpectabilis & eximii artium &
„ Medicinæ Doctoris Domini Magiſtri Palmarini Civem Ferrariæ,
„ de Contracta Sancti Gulielmi ſpecialiter ad infraſcripta & alia
„ conſtitutus ex Iſtrumento ſui mandati rogato per quondam præ-
„ ſtantem Ser Bartholomæum de Codegorio notarium publicum Fer-
„ rariæ, ut ipſe Dominus Coſmus aſſeruit, præſentem & ſtipulantem
„ nomine & vice Magiſtri Palmarini & ſuis filiis & heredibus de
„ Decima, & juris Decimandi, & fructus decimales colligendi, &
„ percipiendi Decimam unius petiæ terræ partim aratoriæ partim pra-
„ tivæ, & partim vallivæ modiorum quinquaginta octo vel circa, ubi
„ dicitur *la Selva de Crespin* poſitæ in fundo Silvæ Criſpini *Diœceſis A-*
„ *drienſis* juxta uno capite illos de Turchis mediante conducto ma-
„ giſtro, alio capite illos de Turchis, uno latere Illuſtriſſimum Do-
„ minum Herculem Eſtenſem, & alio latere heredes Domini Joan-
„ nis Valle vel juxta plures aut veriores confines ſi qui ſunt. Et
„ inveſtivit prædictus Dominus Joannes Baptiſta procurator agens
„ ut ſupra prædictum Dominum Coſmum procuratorem antedictum
„ præſentem & ſtipulantem, ut ſupra, de dicta Decima cum introi-
„ tibus & exitibus ſuis ſuiſque certis juſtis finibus & coherentiis,
„ & cum omnibus & ſingulis ad ipſam Decimam ſpectantibus &
„ pertinentibus jure livelli, ut ſupra conceſſam & cum licentia in-
„ trandi, ſtandi, & apprehendendi tenutam & corporalem poſſeſ-
„ ſionem dictæ Decimæ ad habendum, tenendum, poſſidendum,
„ uſufructuandum, meliorandum & non deteriorandum & quidquid
„ dicto livellario & ſuis ut ſupra de cætero placuerit perpetuo facien-
„ dum.

„ dum. Insuper prædictus Dominus Cosmus procurator antedictus
„ sponte ad instantiam præfati Domini Joannis Baptistæ procurato-
„ ris antedicti præsentis & ut supra stipulantis dixit in præsentia
„ suprascriptorum testium & mei notarii infrascripti tenere & pos-
„ sidere dictam Decimam & de ea habere patientiam utendi, &
„ fruendi sine contradictione alicujus personæ, nec non præfatus
„ Dominus Joannes Baptista procurator antedictus obligando bona
„ præsentia & futura dicti Episcopatus, & Successorum suorum in
„ eo Episcopatu promisit ipsi Domino Cosmo procuratori antedicto
„ præsenti ut supra stipulanti legitime ab omni persona, Commu-
„ ni, Collegio, & Universitate auctorizare, defendere, & disbri-
„ gare in Judicio & extra omnibus ipsius Episcopatus & suorum ut
„ supra sumptibus periculis, & expensis quantum est pro facto suo
„ tantum. Et pro livello & recognitione livelli prædicti prædictus
„ Dominus Cosmus procurator antedictus obligando omnia, & sin-
„ gula bona præsentia, & futura dicti Magistri Palmarini ejus pa-
„ tris & pro heredibus suis pro quo de rato, & ratihabitione pro-
„ misit, & se facturum & curaturum ita & taliter cum effectu ad
„ omnem instantiam & requisitionem præfati Domini Episcopi seu
„ agentibus pro ipso Domino Episcopo & ejus Episcopatu præsens
„ Instrumentum & omnia in eo contenta prædictus Ser Paulus Ma-
„ rinus approbabit & ratificabit per publicum Instrumentum rogan-
„ dum per publicum notarium cum clausulis, capitulis necessariis, &
„ opportunis in similibus apponi consuetum est, promisit dare &
„ solvere ipsi Domino Joanni Baptistæ procuratori antedicto &
„ mihi Alexandro Benassuti notario ut publicæ personæ præsentibus

„ &

„ & ſtipulantibus nomine & vice præfati Domini Epiſcopi & ejus
„ Epiſcopatus & Succeſſorum ſuorum in eo Epiſcopatu omni anno
„ *dimidiam Decimæ dictæ petiæ terræ*. Ita tamen quod non liceat
„ dicto Livellario nec ſuis, ut ſupra, quibus recepta eſt præſens
„ Inveſtitio, ipſam decimam vendere nec alienare irrequiſito ipſo
„ Domino Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis in eo Epiſcopatu, & præ-
„ ſertim perſonis a lege prohibitis. Inſuper præfatus Dominus
„ Joannes Baptiſta procurator antedictus, obligando bona dicti E-
„ piſcopatus & Succeſſorum ſuorum in eo abſolvit & liberavit ipſum
„ procuratorem præſentem & ſtipulantem, ut ſupra, a debito Ca-
„ pſoldo Decimæ ſupradictæ, pactumque ſibi fecit de plus aliquid
„ non petendo, nec quæſtionem aliquam ullo tempore movendo
„ quantum eſt pro ipſo Capſoldo rei ſupradictæ. Quam Inveſtitio-
„ nem & omnia & ſingula ſupradicta & in præſenti Inſtrumento
„ contenta ipſæ partes ut ſupra agentes promiſerunt ſibi invicem
„ ſtipulantibus, ut ſupra, firma & rata perpetuo habere, tenere,
„ attendere, ſolvere, & adimplere & in aliquo non contrafacere,
„ dicere, opponere vel venire per ſe vel alium modo aliquo, ra-
„ tione vel cauſa de jure vel de facto, ſub pena ſolemni ſtipula-
„ tione promiſſa librarum viginti quinque Marcheſarum & obliga-
„ tione omnium & ſingulorum bonorum præſentium & futurorum.
„ Qua pena ſoluta vel non prædicta omnia & ſingula ſint perpe-
„ tuo firma &c.

„ Ego Rizardus Capellinus filius qm̄ egregii Viri Ser Jacobi Ma-
„ riæ Capellini notarii Apoſtolica & Imperiali auctoritate notarius
„ publicus Ferrarienſis virtute licentiæ mihi datæ & conceſſæ in

„ ma-

„ majori & generali Consilio Civitatis Ferrariæ sono cornu &
„ campanæ more solito coadunato extendendi, & elevandi & in pu-
„ blicam formam redigendi Scripturas & Scedas quondam egregii viri
„ Ser Alexandri Benassuti notarii publici Ferrariæ, pro ut de ipsa
„ licentia constat ex rogationibus egregii viri quondam Ser Joannis
„ de Valentia olim notarii publici Ferrariæ, suprascriptum Instru-
„ mentum ex scedis & scripturis præfati Ser Alexandri extraxi &
„ in hanc publicam formam redegi sub anno a Nativitate Domini
„ nostri Jesu Christi Millesimo quingentesimo secundo, Indictione
„ quintadecima, die Jovis trigesimo primo Mensis Januarii, & in
„ præmissorum fidem hic me subscripsi, signumque meum consue-
„ tum apposui.

„ In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi-
„ mo quingentesimo vigesimo, Indictione octava, die decimo septimo
„ Mensis Novembris Ferrariæ in Domo Ecclesiæ Sancti Romani præ-
„ sentibus testibus vocatis & rogatis Venerabilibus viris Donis Joanne
„ Bellono qm̃ Petri de Rodigio cive Ferrariæ de contracta Sancti
„ Jacobi, Dono Francisco de Carnevalis de Fano Capellano Eccle-
„ siæ Sancti Romani, & aliis &c. Cum sit quod vertatur lis in-
„ ter Spectabilem & generosum Dominum Joannem Baptistam de
„ Heris Civem Mutinensem procuratorem Reverendiss. & Illustriss.
„ in Christo Patris Domini Domini Herculis de Rangonibus Dei
„ & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Agatæ Diaconi Cardinalis &
„ dignissimi Episcopi Adriensis ex una, & Antonium quondam Pe-
„ tri de Belino de Crispino ex altera coram Reverend. utriusque
„ juris Doctore D. Hieronymo Tornino Vicario Reverendiss. Do-

mini

„ mini Episcopi Adriensis ex altera super eo quod pro parte dicti
„ Domini Baptistæ agentis Reverendissimi Domini Cardinalis &
„ Episcopi Adriensis diceretur, & allegaret prædictum Antonium fo-
„ re & esse decadutum ab juribus suis ipsi competentibus in quo-
„ dam Casali posito in Villa Crispini Diœcesis Adriensis juxta hos
„ confines, uno capite illos de Bechatis, alio Capite Padum mediante
„ Sclapa, uno latere Nobilem Ludovicum Specium, & alio latere
„ Joannem Baptistam de Fortis. Quod Casale est situm sub Diœ-
„ cesi Adriensi, & sub Jurisdictione Reverendiss. Domini Episcopi
„ Adriensis & persequens, quod debebat recognoscere præfatum
„ Reverendiss. Dominum Episcopum Adriensem in Dominum; &
„ ipsum Antonium asserentem & dicentem non esse decadutum,
„ nec teneri aliter recognoscere præfatum Reverendiss. Dominum
„ Episcopum, quod per annos quadraginta & ultra prædictum Ca-
„ sale tenuerit, & possederit absque eo, quod præfato Reveren-
„ diss. Domino Episcopo, nec ab aliis præcessoribus eum recogno-
„ verit. Cumque super prædictis longum fuerit agitatum Judicium
„ & pro parte præfati Reverendiss. Dñi Episcopi Adriensis multa
„ fuerint privilegia producta ad docendum Crispinum cum suis per-
„ tinentiis fore ac esse de rebus spectantibus & pertinentibus ad
„ præfatum Reverendiss. Dominum Episcopum Adriensem; idcirco
„ volens dictus Antonius expensis parcere, & contra præfatum
„ Dominum Baptistam agentem ut supra causam finire & Judicium
„ tractare, imo volens agnoscere bonam fidem erga ipsum Reverendiss.
„ Dominum Episcopum decrevit, & ex nunc deliberavit prædictam
„ Investituram accipere. Idcirco præfatus Dominus Baptista procu-
„ ra-

" curator, & procuratorio nomine præfati Reverendiſs. Domini
" Cardinalis & Epiſcopi Adrienſis ſpecialiter ad ipſam conſtitutus
" & ad alia ex Inſtrumento ſui mandati rogato per Venerabilem
" Donum Jacobum Habel Clericum Argentinenſem notarium in
" Archivio Romanæ Curiæ de anno milleſimo quingenteſimo deci-
" mo nono, Indictione ſeptima, die decimo nono menſis Septembris
" a me notario ipſo viſo, & lecto, volens obtemperare & obſerva-
" re gratias & beneficia conceſſas & conceſſa olim recolendæ me-
" moriæ Illuſtri & Magnifico Domino Alberto Marchioni Eſtenſi,
" nec non populo Communi Ferrariæ inſerta & contenta in Litte-
" ris Apoſtolicis SSmi in Chriſto Patris & Domini Domini Bo-
" nifacii Divina providentia Papæ IX. omni meliori modo, via,
" jure, cauſa, & forma, quibus magis & melius potuit & poteſt
" ſequens, & ſequere volens ſeriem & formam dictarum Littera-
" rum Apoſtolicarum cum proteſtatione tamen quod de ſuo in a-
" liquo minime teneatur ut ſic proteſtatus fuit in principio, me-
" dio, & in fine, Jure Livelli perpetualis de viginti novem annis
" in viginti novem annos ad renovandum; ita tamen ut pro unaqua-
" que renovatione cum tempus advenerit ſolvere teneatur ſoldos
" viginti novem parvorum de argento Veneto, & ſic ſemper hoc
" ordine ſervetur, obligando omnia & ſingula bona præſentia & fu-
" tura dicti Epiſcopatus & Succeſſorum ſuorum in eo, cum uno an-
" nulo auri, quem ſua tenebat in manu, omni meliori modo quo
" potuit inveſtivit Antonium filium qm *Petri de Belino* de Criſpi-
" no præſentem & ſtipulantem pro ſe & ſuis filiis & heredibus
" & nominibus & vice Cæſaris & Balorii fratrum de Beliorio &

„ pro suis filiis & heredibus, & nomine & vice Dominæ Jacobæ
„ eorum consobrinæ & pro ejus filiis & heredibus, de uno Casali
„ casamentivo de una domo de cannis cum certa parte de muro
„ cum uno Camino stariorum novem terræ vel circa cum arbori-
„ bus & vitibus cum quadam sclapa antepofito in fundo Crispini
„ Diocesis Adriensis, ex uno capite illos de Becatis, alio capite
„ Padum mediante sclapa, uno latere nobilem Ludovicum Specium,
„ & alio latere Joannem Baptistam de Fortis vel inter plures aut
„ veriores confines dictæ rei si qui sunt. &c.

„ Ego Rizardus Capellinus fil. qm̄ egregii viri Ser Jacobi Mariæ
„ Capellini notarii Apostolica & Imperiali auctoritate notarius
„ publicus Ferrariensis, &c. ut supra.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi-
„ mo quingentesimo vigesimo primo, Indictione nona, die secundo
„ Junii in plateis Communis Ferrariæ præsentibus testibus vocatis
„ & rogatis venerabili dono Joanne Antonio Belono qm̄ Petri de
„ Rodio cive Ferrariæ de contrata Sancti Jacobi, nobili Nicolao
„ filio qm̄ nobilis Beliorisi de la Matrana cive Ferrariensi de con-
„ trata Sancti Andreæ, & aliis. Reverendus Dominus Joannes de
„ Tusignano Vicarius in Spiritualibus & temporalibus Reverendiss.
„ & Illustriss. in Christo Patris & Domini Domini Herculis de
„ Rangonibus Sanctæ Agatæ sanctæque Romanæ Ecclesiæ Diaconi
„ Cardinalis, nec non perpetui Commendatarii & legitimi Administra-
„ toris bonorum Ecclesiæ Episcopatus Adriensis, nec non procura-
„ tor substitutus a spectabili & generoso Domino Joanne Baptista
„ Herii de Mutina procuratore præfati Reverendiss. & Illustriss.
„ Car-

„ Cardinalis Rangoni perpetui Commendatarii & legitimi Admini-
„ ſtratoris bonorum Eccleſiæ Epiſcopatus Adrienſis ſpecialiter & a-
„ lia ad infraſcripta conſtitutus ex Inſtrumento ſui Mandati rogato
„ per Venerabilem Donum Jacobum Habel clericum Argentinum in
„ Archivio Romanæ Curiæ notarium de anno Domini Milleſimo
„ quingenteſimo decimo nono, Indictione ſeptima, die vero decimo
„ nono Menſis Septembris a me Notario infraſcripto viſo, & lecto,
„ & de ſubſtitutione facta per ipſum Dominum Joannem Baptiſtam
„ in ipſum Dominum Joannem Vicarium ex Inſtrumento rogato
„ per me Notarium infraſcriptum de anno præſenti die ſexto Men-
„ ſis Decembris, omni meliori modo, quo potuit, obligando bona di-
„ cti Epiſcopatus & Succeſſorum ſuorum in eo Epiſcopatu, Jure Li-
„ velli perpetualis de viginti novem annis in viginti novem annos,
„ ad renovandum; ita tamen quod pro unaquaque renovatione cum
„ tempus advenerit ſolvere teneatur ſoldos viginti novem parvorum
„ de argento venetorum, & ſic ſemper hoc ordine ſervetur, cum uno
„ Annulo auri, quem ſua habebat in manu, innovando inveſtivit egre-
„ gium Dominum Bartholomæum Falatum filium Domini Antonii
„ civem Ferrariæ de contrata Sancti Gregorii tanquam Comiſſa-
„ rium præſentem & ſtipulantem nominibus & vice Nicolai &
„ Chriſtophori fratrum, & filiorum ſuorum & hæredum Vincentii
„ de Bolino veneti de Loreto & pro ſuis filiis & hæredibus de
„ certis vallibus piſcaritiis poſitis in fundo Laureti Diœceſis Adrien-
„ ſis. Imprimis de una Valle piſcaritia poſita in dicto fondo in con-
„ trata vocata Tagliata giſardi & runeri; a capite ſuperiori Cana-
„ le Magnum, ab Inferiori Jura Laureti, uno latere Dominum Fran-

„ ciſcum Quirinum, alio latere Commune Laureti pro parte, &
„ pro parte illos de la Malgarina pro juribus acquiſitis ab illis de
„ la Peleſtrina & pro parte illos de Bellino pro doſo Forcarigoli,
„ intermedio dictis Vallibus. Item de una alia certa parte Vallis,
„ quæ dicitur Canale nigerum poſitæ in dicto fondo; a latere ſupe-
„ riori Commune Adriæ, & Georgium Marinetum, ab inferiori
„ Jura Laureti. Item de certa parte Vallis poſitæ in dicto fondo,
„ ubi dicitur Canale fovearum; a capite ſuperiori Georgium Mari-
„ netum, ab inferiori Commune Laureti, vel juxta plures aut ve-
„ riores confines dictarum rerum, ſi qui ſunt. Et inveſtivit præfa-
„ tus Dominus procurator agens ut ſupra prædictum D. Bartholo-
„ mæum Commiſſarium antedictum præſentem & ut ſupra ſtipu-
„ lantem de certis Vallibus cum introitibus & exitibus ſuis, ſuiſ-
„ que certis justis finibus, & coherentiis, & cum omnibus & ſin-
„ gulis ad ipſas Valles ut ſupra jure livelli conceſſas ſpectantibus
„ & pertinentibus, & cum licentia intrandi, ſtandi, & aprehendendi
„ tenutam & corporalem poſſeſſionem ipſarum vallium, ut ſupra, ad
„ habendum, tenendum, poſſidendum, uſufructuandum, melioran-
„ dum, & non deteriorandum & quiquid dictis Livellariis, & ſuis,
„ ut ſupra, de cætero placuerit perpetuo faciendum ſalvo ſemper
„ & reſervato Jura dicti Epiſcopatus &c.

„ Ego Rizardus Capellinus fil. qm̃ egregii Viri Ser Jacobi Ma-
„ riæ Capellini notarii Apoſtolica & Imperiali auctoritate publicus
„ Ferrarienſis &c. ut ſupra.

Anno vero 1524. idem *Hercules* ad Epiſcopalem Cathedram Mu-
tinenſem translatus eſt. Uno tamen eodemque tempore hic Anti-
ſtes

ftes alia obtinebat Sacerdotia, nimirum præter Mutinense etiam Cavense, non autem Cerviense, ut perperam pro Cavensi scripsit in Mutinensibus Ughellius. Ita Clar. Vir *Joannes Dominicus* Coleti in Additionibus ad eumdem. Comitiis adfuit Hadriani VI., & Clementis VII. Fuit *Hercules* Sacri Cardinalium Collegii decus, amor, & delitiæ, floruitque laude virtutis, doctrinæ, atque eruditionis. Romæ excessit e vita Mense Augusto 1530 in arce Sancti Angeli ex pestilentia, vel usu aquæ calidæ, quam Medicus obtulerat imperitus. Sepultus quiescit in Æde Sanctæ Agathæ in Suburra, quam cum hortis magnifice vivens instauraverat, ubi & imaginem Sanctæ Agathæ erexerat carmine exornatam sequenti:

Diva tibi Rango dedicat effigiem.

Hujus Antistitis meminit Victorellus in additionibus ad Ciaconium, & Floravantes Martinellus in descriptione Ecclesiæ S. Agathæ. Laudatus tandem *Lilius Gregorius* Giraldus in ejus obitum hæc duo carmina scripsit, quæ longioris elegiæ instar esse possunt.

Occidis in media Rango surrepte juventa,
Occidis o Patrum magnum, Pater, incrementum.

LVIII.

JOANNES BAPTISTA Bragadenus Nobilis Venetus ex Can. Adrien. anno 1524., die 29. Mensis Augusti Rangonio successit. Anno vero posteriori nimirum 1525. quarto nonas Octobris, Indictione octava in Cathedrali Ecclesia Adriensi, ut ex Protocollo Bernardini de Lezuolo Notarii, celebravit *Joannes Baptista* Synodum

Dioe-

Diœcesanam, cui interfuerunt omnes Canonici Cathedralis ejusdem Ecclesiæ, omnesque Archipresbyteri, Rectores, ac Parochi, nec non Capellani, Canonicique Collegiatarum, & Beneficiati simplices. Statuta omnia leguntur in Libro confecto manu Clar. Viri Joannis Petri Ferreti pro majori parte, ut inquit, desumpta a prædicto Protocollo ipsius Notarii, una cum novis Constitutionibus, & Regulis; antiquæ quoque omnes ibidem fuerunt, quas item tenebat habitas a Canonicis Adriensibus de anno 1535.

Ejusdem Antistitis quandam Investituram habemus cuidam Comiti *Aldovrandino* Sacrato anno 1528., die trigesimo Martii factam, quam nunc ex Archivo hujus Episcopatus in publicam lucem proferimus his verbis conceptam:

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo „ quingentesimo vigesimo octavo, Indictione prima, die trigesimo „ Mensis Martii Ferrariæ in Domo hæredum quondam Hieronymi „ de Regio in quadam Camera terrena dictæ Domus posita in con„ trata Sancti Joannis Baptistæ præsentibus testibus vocatis & ro„ gatis Reverendo Domino Francisco qm̃ Domini Sabæ de Agatis „ de Venetiis, Venerabili Domino Joanne Baptista de Agolantibus „ de Rodigio, & aliis. Reverendiss. in Christo Pater Dominus Do„ minus Joannes Bragadinus de Venetiis Dei & Apostolicæ Sedis „ gratia Episcopus Adriensis dignissimus obligando omnia & singula „ bona dicti Episcopatus Adriæ præsentia & futura & Successorum „ suorum in Episcopatu, Jure livelli perpetualis de viginti novem „ annis in viginti novem annos ad renovandum, ita tamen quod pro „ unaquaque renovatione cum tempus advenerit solvere teneatur

„ sol-

„ soldos viginti novem parvorum de argento Venetos, cum uno
„ Annulo auri, quem sua tenebat in manu investivit Magnificum
„ & Generosum Comitem Aldovrandinum quondam Magnifici &
„ Generosi Juris Consulti Domini Jacobi a Sacrato Civem Ferrariæ
„ de contrata Sancti Romani præsentem, stipulantem, & recipien-
„ tem pro se & suis filiis & hæredibus. Imprimis de una petia
„ terræ aratoriæ, prativæ, & alboratæ modiorum trium vel circa
„ posita in fondo Corbularum a latere Adriani Diœcesis Adriensis
„ juxta hos confines; uno latere hæredes quondam M. Baptistæ Fa-
„ bri pro parte, & pro parte Alexandrum Hospitem, & pro parte
„ hæredes quondam Jacobi Zenarii, & consortes, alio latere prædi-
„ ctum Comitem Aldovrandinum, & uno capite, & pro parte,
„ ab uno latere vel juxta de qua re quondam Petrus de Adumo
„ fuit investitus ab Episcopatu Adriæ sub solutione unius soldi
„ Marchesani in festo Sancti Petri de Mense Junii. Quam rem præ-
„ dictus Comes Aldovrandinus acquisivit ab hæredibus egregii
„ Joannis Alberti a Pinca pro pretio librarum octo Marchesanarum
„ pro quolibet stario, & ad rationem starii ex Instrumento rogato
„ &c.

„ Ego Alexander Benassutus Notarius rogatus fui, &c.

Die vigesimo tertio Maii anni ejusdem 1528. hic Antistes debitum naturæ persolvit Venetiis in Parochiali Ecclesia Sanctorum Ermagoræ & Fortunati.

LIX.

LIX.

JOANNES DOMINICUS de Cuppis Romæ natus, ſed Monte Falcone oriundus, Vir eruditione, necnon Jurisprudentia clarus, Tranenſis creatur Archiepiſcopus a *Leone* PP. X. anno 1512., & ab ipſo Pontifice anno 1517. die vigeſimo ſexto Junii inter Cardinales Presb. adlegitur titulo Sancti Joannis ante Portam Latinam. Deinde anno 1528. hujus Eccleſiæ Adrienſis ultima die Menſis Auguſti Adminiſtrationem ſuſcepit tempore *Clementis* P.P. VII. & *Caroli* V. Romanorum Imperatoris. Anno 1532. ſub eodem Antiſtite Cardinali Inveſtitura quædam cuidam *Sebaſtiano* Clangnano dicto de Monteſalco fuit facta de iis bonis, quæ a Plebe Sancti Apollinaris de Rhodigio incipiunt procedendo uſque ad Ceregnanum, Pezzolum, atque Medianam. Ulterius procedendo de omnibus videlicet Vallibus uſque ad Caputaggeris, confines ibi capiendo Civitatis Adriæ de omnibus Decimis in eiſdem Locis ad Epiſcopatum Adrienſem pertinentibus. Hujus autem Epiſcopi in Archivo Epiſcopatus alia multa extant Inſtrumenta, & illud præſertim, quod hic tranſcribere non dubitamus.

„ In Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis Milleſimo „ quinquageſimo trigeſimo tertio, Indictione ſexta, die vigeſimo „ quinto Menſis Februarii in Domo Capellæ Sancti Joannis Bapti- „ ſtæ, & Apoſtolorum in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ appellata „ *la Caſa della Muſica poſta* in contrata Sancti Romani, præſen- „ tibus teſtibus ad hoc vocatis ſpetialiter & rogatis, Egregio M.

„ Bar-

„ Bartholomæo Rigono filio qm̃ M. Francifci Marangono Cive
„ Ferrariæ de Contrata Sancti Andreæ. Egr. Domino Jo: Petro a
„ Catis filio qm̃ Egregii Petri Antonii Cive Ferrariæ de Contrata
„ Sancti Andreæ, & aliis.

„ Reverendus Dominus Lucas de Julianis Archidiaconus Recana-
„ tenfis Commiffarius, & procurator Illuftrifs & Reverendifs. in
„ Chrifto Patris & Domini Domini Joannis Dominici de Cuppis
„ Mifericordia Divina Cardinalis Tranenfis nuncupati, nec non
„ Epifcopi perpetui & proprii legitimi Adminiftratoris Epifcopatus
„ Adriæ ad inftantiam, & fpecialiter conftitutus a prædicto Reve-
„ rendifs. Domino Cardinali, & Epifcopo, ut conftat litteris pu-
„ blicis fuper inde emanatis a prædicto Domino Epifcopo figillo i-
„ pfius folito munitis fcriptis per egregium virum Alphonfum de
„ Caftellanis Notarium in Archivo Romanæ Curiæ Dat. Romæ de
„ anno Domini Millefimo quingentefimo trigefimo fecundo, Indi-
„ ctione quinta, die decimo tertio Menfis Aprilis, a me Notario
„ infrafcripto vifis & lectis, agens commiffario procuratorioque no-
„ mine antedicto per prædictum Reverendifs. Dominum Episco-
„ pum & fuos in dicto Epifcopatu Succeffores, ita tamen quod de
„ fuo proprio in aliquo minime teneatur, & obligatus fit, ipfe
„ Dominus Commiffarius, & procurator, pro ut fic dixit, & pro-
„ teftatus in principio, medio, & fine, omni meliori modo, quo
„ potuit cum uno anulo auri, quem fua tenebat in manu, jure Feu-
„ di ad ufum Regni inveftivit fpectabilem D. Gabrielem Taffinum
„ filium qm̃ fpectab. D. Viri Taffini Civem & Nobilem Ferrarien-
„ fem de contrata Baccanalium præfentem, petentem, ftipulantem,

„ & recipientem pro se, suisque filiis masculis ex eo legitime de„ scendentibus de Decima, & jure decimandi unius possessionis po„ sitæ in loco dicto Sancto Laurentio, districtus Rhodigii juxta suos „ confines, & juxta stilum & consuetudines, & generaliter de „ omnibus aliis Decimis, de quibus alii Prædecessores ipsius Do„ mini Gabrielis fuerunt investiti a dicto Episcopatu Adriæ, seu „ ab agentibus pro eo, & investivit præfatus Reverendiss. Com„ missarius, & procurator, ut supra, agens dictum spectabilem „ Dominum Gabrielem petentem, & ut supra stipulantem, & re„ cipientem de dicta re, ut supra concessa etiam ubi opus sit, & „ expedit, utileque sit ipso Domino Gabrieli, & suis ut supra, „ pro quibus recepta est præsens investitura, & non aliter, nec a„ lio modo, tamquam de re devoluta & devoluta ad dictum Do„ minum Episcopum, & ejus Episcopatum prædictum ex quibusvis „ de causis, & propter lineam fæmininam, investituras non petitas, „ nec obtemptas infra tempora debita, & Canones non solutos de„ bitis temporibus, & aliis quibuscumque de causis cogitatis, & „ non cogitatis, & quæ pro hoc habeantur pro sufficienter expres„ sis, quibus ad dictum Episcopatum devoluta esset, & pro ut sic „ idem Dominus Commissarius, & procurator dicto nomine, casu „ quo utile sit, & expediat dicto Feudatario, & suis ut supra, & „ non aliter, nec alio modo pronuntiavit, & declaravit ipsam rem „ fore, & esse devolutam, & decadutam ad dictum Episcopatum „ dicti Feudatarii, & suorum ut supra, & omni alio meliori mo„ do, cum introitibus, & exitibus suis, suisque certis justis fini„ bus, & coherentiis, & cum omnibus, & singulis, ad ipsam

„ quo-

„ quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, & cum licentia ſua
„ auctoritate propria intrandi, ſtandi, & apprehendendi tenutam
„ & corporalem poſſeſſionem dictæ Decimæ, quam nihilominus di-
„ ctus Spect. D. Gabriel Feudatarius ſponte ad inſtantiam prædicti
„ Domini Commiſſarii, & procuratoris præſentis ut ſupra ſtipulan-
„ tis pro dicto Reverendiſs. Domino Epiſcopo & Cardinali, & ſuis
„ in dicto Epiſcopatu Succeſſoribus confeſſus fuit tenere & poſſide-
„ re pacifice, & quiete abſque alicujus perſonæ contradictione ſo-
„ reque, & eſſe Jure, & de Jure Epiſcopatus prædicti. Ad haben-
„ dum, tenendum, poſſidendum, uſufructuandum, meliorandum, &
„ non deteriorandum, & quidquid dicto Feudatario, & ſuis, ut ſu-
„ pra, placuerit perpetuo faciendum, ſalvo ſemper jure directi Do-
„ minii & remanente penes prædictum Reverendiſs. Dominum E-
„ piſcopum, & Epiſcopatum ſuum prædictum: & pro Feudo, &
„ recognitione ejuſdem decimæ prædictus Dominus Gabriel Feuda-
„ tarius antedictus obligando ſe, & ſingula ſua bona præſentia, &
„ futura per ſe, & ſuos heredes, promiſit prædicto Domino Com-
„ miſſario, & procuratori, & mihi Bernardino de Lezuolis Nota-
„ rio, & publicæ perſonæ præſentibus & ſtipulantibus nomine, &
„ vice prædicti Reverendiſs. Domini Epiſcopi, & ejus Epiſcopatus,
„ Succeſſorum ſuorum, & in eo Epiſcopatu dare, & ſolvere omni anno
„ in Feſto Sanctæ Mariæ de Menſe Septembris Ducatum unum ſub
„ pena dupli dicti feudi, incipiendo facere primam ſolutionem in
„ Feſto Sanctæ Mariæ de Menſe Septembris proxime futuro anni
„ præſentis. Inſuper ipſe D. Commiſſarius & Procurator antedictus
„ obligando bona omnia & ſingula dicti Epiſcopatus præſentia &

 futu-

„ futura, & Successorum suorum in eo Episcopatu solemni stipula„ tione promisit dicto Feudatario præsenti, stipulanti, & recipien„ ti ut supra legitime perpetuo ab omni persona, communi, Collegio „ & universitate dictam rem ut supra, concessam, autorizare, de„ fendere & disbrigare in judicio & extra omnibus dicti Episcopa„ tus ac Successorum suorum in eo Episcopatu Judiciis, periculis, „ sumptibus, & expensis, & hoc quantum est, & erit pro facto „ dicti Episcopatus tamquam absolvensque prædictus Dominus Com„ missarius, & Procurator ut supra agens prædictum Dominum Ga„ brielem præsentem, stipulantem, & ut supra recipientem ab „ omnibus feudis decursis usque & per totum Festum Sanctæ Ma„ riæ de Mense Septembris proximi preteriti 1532., & a debito „ laudemio, pactumque sibi fecit de plus aliquid alterius non pe„ tendo, nec quæstionem aliquam ullo tempore movendo quantum „ est pro dictis feudis & laudemio, & hanc absolutionem & libe„ rationem ideo fecit dictus Feudatarius in præsentia testium supra„ dictorum & mei Notarii infrascripti, &c.

„ Ego Rainaldus filius qm̄ præstantis viri Ser Joannis Alberti de „ Constabilis publicus Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius „ Ferrariensis suprascripta omnia & singula pro ut in Scedis, & „ Scripturis autenticis, & originalibus infrascripti egregii viri Ser „ Bernardini de Lezuolo inveni de ejus mandato fideliter scripsi, „ &c.

„ Ego Bernardinus fil. qm̄ Egregii viri Ser Jacobi de Lezuolo „ publicus Apostolica, & Imperiali auctoritate Notar. & Civis Fer„ rariensis infrascripta omnia & singula pro ut in Scedis & Scriptu-

„ ris

„ ris meis publicis, & originalibus meis per fuprafcriptum Ser Rai-
„ naldum de Conftabilis exemplari & transfcribi feci in hanc publi-
„ cam formam redegi. &c.

Eo præterea tempore quo idem Cardinalis Epifcopus rem Adrienfium facram moderabatur, Conftitutiones bene multæ, & Ordinationes Synodales fuere promulgatæ fub *Bartholomæo* Zerbinato ipfius Antiftitis Vicario Generali, fcilicet 1541. 27. Februarii, & 1544. 24. Aprilis in Plebe Sancti *Stephani* Papæ & Martyris de Rhodigio, nec non 1546. die 29. Junii Adriæ in Cathedrali, ut ex Actis in hac Curia Epifcopali Rhodigii. Adminiftravit hunc Epifcopatum Adrienfem *Joannes Dominicus* ufque ad annum 1553., quo mortuus eft Romæ die X. Decembris, & apud Sanctum Auguftinum in Urbe fepultus, vel fecundum alios ad Oppidum Montis Falconis in Umbriam cadaver ejus relatum, in fepulcro Familiæ fuæ quiefcit. Præter Adrienfem plures tamen uno eodemque tempore rexit Ecclefias, nimirum Tranenfem, Montem Belufium, Maceratenfem, Recanatenfem, Camerinenfem, & Neritonenfem.

Adfuit Comitiis *Hadriani VI.*, *Clementis VII.*, *Pauli III.* & *Julii III.* Fuit Galliæ Protector, & Bafilicæ Archipresbyter Lateranenfis, nec non Sacri Senatus Decanus. Annos fex fupra triginta vixit in Cardinalatu, magno fui Senatus honore, atque Ecclefiæ utilitate, cujus negotia religione, juftitia, integritate maxima egit, tefte Jano Vitali. Huic Cardinali Epifcopo Adrienfi *Joannes Petrus* Ferretus Ravennatenfis Ecclefiæ Canonicus, & in ipfo Epifcopatu Adrienfi ante laudatum Zerbinatum Vicarius Generalis aureum Opufculum dedicavit, quod in hac Epifcopali Curia fervatur, & cui

titulum

titulum fecit: *De juribus, & bonis, aliisque memorabilibus Episcopatus Adriensis*, ubi legimus pag. 45. tergo, quid Rhodigii factum fuerit sub eodem Episcopo Cardinali a prædicto Ferreto pro Ædium Episcopalium reparatione. Scribit igitur in hæc verba: „ Numquid „ & tacebimus per nos reparatas Episcopales Domos ubique & in „ meliorem formam resarcitas, & quæ prius vix habitari poterant „ nunc pulchriores esse, digniores, & laudabiles, & commodiores, „ in quas ingredi ludibriosum satis erat, ut nihil omiserimus, quin „ omni nostra industria cum laude Reverendissimi Domini mei re„ ficerentur; ita ut quidquid virium fuerit nostrarum curam omnem „ affectuose exhibuerimus, & in Viridario Vineta, & arbores se„ rimus, tecta semidiruta removimus, Ecclesiam Sancti Nicolai „ in meliorem & fortiorem statum reduximus. Porticum Viridarii „ in eum modum, qui nunc est, reædificavimus, ante Fluvium A„ thesim tectum totum antea dirutum perbelle refectum nunc vi„ situr. Ante Ædes ipsas Episcopales nostris votis Communitas to„ ta Rhodigina annuit, ut via lata, & publica coctis lapidibus „ strata componeretur, ita ut habitatio Episcopalis insignita nunc „ apparet, & plusquam ante alia omnia tempora nobilitata; in „ quarum Ædium ingressu nobis animus fuit, quod antea factum „ alias audivimus, Cancellariam forensium Causarum reponere, ut „ tota ibi Diœcesis commode, ac sine strepitu audiretur.

„ Granaria ex ea parte destructa cum tabulis nostro Marte me„ lius quam antea usui sunt; vicinas villici, & Hortolani domos, „ quæ minus ante aut vix habitari ex minimo situ, & aquarum „ inundatione poterant, refecimus, & resarcivimus; sed & in ani-

„ mo

„ mo nobis illud fuerat, ut domos inceptas tempore Reverendissi-
„ mi quondam Cardinalis Rangoni super eam partem Viridarii ad
„ latera muri Urbis compleremus. Sed Deo Optimo Maximo ali-
„ ter visum fuit, ut curam hanc melioribus relinqueremus finien-
„ dam fortasse „. &c. Ita meritissimus Ferretus.

Post Cuppium autem non est revera reponendus inter Adrienses Antistites *Joannes Franciscus* Cardinal. Commendonus Venetus, ut asserit Clariss. Vir *Angelus Maria* Querini Episcopus Brixiensis in sua Purpura Veneta pag. 226., ubi inquit: „ Commendonus ex
„ Prothonotario Apostolico Episcopus Adriensis renuntiatus ineun-
„ te anno 1553., quo ipso anno deinde a *Paulo IV.* ad Episcopa-
„ tum Zacinthi, & Cephaleniæ translatus est „. Ipso enim anno certe hujus Ecclesiæ Administrationem tenebat Cuppius prælaudatus, cui, cum excessisset e vita quarto Idus Decembris, die immediate sequenti, nempe tertio Idus ejusdem Mensis *Sebastianus* datus est Successor. Ideoque.

LX.

SEBASTIANUS Pighinus e Regio Lepidi non obscuris parentibus natus, clarus Jurisconsultus ex Canonico Capuano, Rotæ Romanæ Auditor, & ad Carolum V. Imperatorem Nuntius missus a *Paulo III.*, mox Episcopus Alphanensis, Ferrentinus; denuo sub *Julio PP. III.* ad *Carolum V.* Legatus, Archiepiscopus Sipontinus anno 1550. missus fuit Præses Concilio Bononiam Tridento revocato, una cum Cardinale Crescentio, ut legitur Sessione XI. Con-

cilii

cilii Tridentini Romanæ Editionis, *Julius Episcopus &c. Dilecto filio Marcello tit. Sancti Marcelli P. C. Crescentio nuncupato, Nostro & Apostolicæ Sedis ad Concilium Tridentinum Legato de Latere, & Venerabilibus Fratribus Sebastiano Pighino Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Lippomano Episcopo Veronensi, Nostris & ipsius Sedis, ac in dicto Concilio una cum eodem Marcello Cardinali Legato ad præsidendum Nuntiis salutem &c.* Die vero 13. Kal. Januarii 1551., vel 20. Novembris 1552. Presbyter Cardinal. tituli Sancti Calisti a prædicto *Julio III.* creatus fuit. Denique anno 1553. tertio Idus Decembris ab ipso Summo Pontifice ad hanc Adriensem Sedem translatus, quam breviter administravit, cum eodem anno, quo novam gubernandam suscepit Ecclesiam vitam cum morte commutaverit die 22. Mensis Novembris 1554. ætatis suæ 53. Romæ autem fuit tumulatus ad Sanctam Mariam de Populo, ubi ante Aram maximam de muneribus ipsi injunctis, & dignitatibus collatis sequens Epitaphium in Lapide marmoreo testatur.

D. O. M.

Sebastiano Pighino de Regio Lepidi, Jurisconsulto XII. Viro litibus adjudicandis, Episcopo Adriensi, Romanæ Sedis ad Carolum V. August. internuntio, Synodi Tridentinæ præsidi S. R. E. Presb. Cardin. Supplicum libellorum, qui ad gratiam spectant cognitori, super omnia Urbana Tribunalia Vicar. Julii III. disceptatori Stephanus Pighinus Fratri P. M.

Vixit annos LIII. Mens. II. Dies V. Obiit Anno MDLIIII. Kalend. Decembris.

In

In hac Curia Episcopali, nec non in Archivo Cat. A. pag. 55. Acta aliqua reperiuntur a laudato Bartholomæo Zerbinato Archipresbytero, & pro prædicto Episcopo Cardinali Pighino Vicario Generali facta, & præsertim Instrumentum, quod sequitur.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesi-
„ mo quingentesimo quinquagesimo quarto, Indictione XII., die
„ vero vigesimo nono Mensis Maii Rhodigii in Palatio Episcopali
„ præsentibus testibus vocatis adhibitis specialiter & rogatis Spe-
„ ctab. D. Andrea Nicoleo cive & procuratore Rhodigii fil. Spect.
„ D. Laurentii & Ser Bartholomæo Agolante fil. qm̃ Jacobi habi-
„ tatore Rhodigii. Et ibi Reverendus D. Bartholomæus Zerbina-
„ tus Archipresbyter Episcopatus Adriensis Prothonotarius Aposto-
„ licus, Co: Palatinus, & in eodem Episcopatu pro Reverendis-
„ simo & Illustrissimo Domino Domino Sebastiano Dei & Aposto-
„ licæ Sedis gratia titulo Sancti Calisti Presbytero Cardinale Pi-
„ ghino vulgariter nuncupato in spiritualibus & temporalibus Vi-
„ carius & Locumtenens generalis, & procurator ad infrascripta
„ & alia, ut asseruit legiptime constitutus, Jure Pheudi ad usum
„ Regni modis & conditionibus infrascriptis obligando omnia &
„ singula bona dicti Episcopatus præsentia & futura per impositio-
„ nem unius annuli auri, quem sua tenebat in manu, in digito in-
„ frascripti pheudatarii innovando investivit D. Petrum Mariam de
„ Salodio fil. qm̃ & heredem Peregrini filii Ritii de Salodio qm̃ ma-
„ ritum D. Jacobæ Zusatæ fil. qm̃ & heredis Joannis Zusati de
„ Villa Fractæ Diocesis Adriensis, de Decima & jure decimandi
„ unius petiæ terræ arativæ & vineatæ ejus quantitatis, qua esse

 „ re-

„ reperitur, vocata *la praesina* in dicto fundo Fractæ juxta viam
„ comunis, heredes illust. D. Jo: Pauli Manfroni, ibi præsentem,
„ stipulantem, & recipientem pro se & suis filiis legiptimis de-
„ scendentibus & hæredibus suis, & pro illis qui hujusmodi pheu-
„ dis de jure succedere possunt. Item de Decima unius petiæ terræ
„ aratoriæ dictæ *le schiave* in eodem fundo juxta viam consorti-
„ vam, hæredes Ill. D. Jo: Pauli Manfroni, & Joannem Rigobel-
„ lum. Item de decima unius petiæ terræ vocatæ *le basse* in eo-
„ dem fundo juxta aquæductum communem, & terram dictam *la*
„ *praesina*, de qua supra, & jura hæredum Ill. D. Jo: Pauli Man-
„ froni. Item de Decima unius petiæ terræ dictæ *le Seraggie* jux-
„ ta viazolam, & hæredes Gregorii de David, & jura Ecclesiæ
„ Sancti Georgii vel juxta alios plures & veriores confines dicta-
„ rum terrarum si qui sunt, vel esse reperientur cum introitibus
„ vel exitibus suis usque in vias publicas, suisque certis & justis
„ finibus & coherentiis, de quibus Decimis alias fuit investitus
„ prædictus qm̃ Peregrinus ejus pater jure prædicto de anno 1533.
„ notario spectabili D. Francisco Malagugino ex Instrumento suæ
„ Investituræ a me notario viso & lecto, quæ omnes supradictæ
„ petiæ terræ erant pro indiviso cum Andrea qm̃ Guglielmi Zu-
„ fati, & de omnibus ad prædictas Decimas spectantibus & per-
„ tinentibus cum potestate & facultate easdem colligendi & per-
„ cipiendi, usufructuandi, tenendi, & possidendi pactis antiquis &
„ modis consuetis. Quas Decimas ut supra concessas antelatus Re-
„ verendus Dominus Vicarius & Mandatarius, ut supra, promisit
„ antedicto Petro Mariæ præsenti, stipulanti, & recipienti ut su-

„ pra

„ pra perpetuo ab omni persona, communi, collegio, & universitate
„ defendere, autorizare, & desbrigare in juditio sumptibus pericu-
„ lis & expensis dicti Episcopatus, & hoc quantum sit pro facto
„ ipsius Episcopatus: Et pro dictarum Decimarum, & Pheudi re-
„ cognitione dictus Petrus Maria agens nominibus quibus supra
„ promisit dicto Reverendo Domino Vicario præsenti, stipulanti,
„ & recipienti nomine dicti Episcopatus dare, solvere, & pagare
„ omni & singulo anno in festo Sancti Michaelis de Mense Septem-
„ bris solidos decem novem Marchesanorum, & unum par galli-
„ narum sine aliqua exceptione juris vel facti. &c.

„ Ego Sebastianus Bonifatius fil. qm̃ egregii D. Hieronymi pu-
„ blicus utraque auctoritate notarius Rhodiginus, nec non Cancel-
„ larius Curiæ Episcopalis Adriensis omnibus & singulis suprascri-
„ ptis præsens fui, & rogatus scribere scripsi & publicavi, &c.

LXI.

JULIUS Cananus Nobilis Ferrariensis *Ludovici* filius ex *Lucretia* Brancaleone in lucem editus anno 1542., bonis litteris instructus in utroque jure lauream adeptus Romam ivit, & sub auspiciis *Balduini* de Monte, qui frater *Joannis Mariæ* de Monte Cardinalis erat, aulicam vitam ita instituit, ut brevi ab eodem Cardinali electus sibi fuerit a secretis. Qui cum mox ad Petri Sedem sub nomine *Julii* III. ascendisset, Cananum nihilominus habuit a secretis, eumdemque ex fide agentem ad Adriensem Episcopatum promovit anno 1554. die 29. Novembris; neque aberat longe a Pur-

pura, si importunum fatum non surripuisset *Julium* Summum Pontificem. Anno igitur 1555. sub die Veneris 9. Novembris prima vice Rhodigium venit, ut ex Ferreto. Curam itaque suæ gerens Ecclesiæ in populo recte instituendo, nullam omisit optimi Pastoris partem, pro ut patet ex Actis multis, atque Documentis adservatis tam in Archivo quam in Curiis Episcopatus. Anno vero 1557. investivit Priorem Confraternitatis Flagellatorum Rhodigii de Hospitali Sancti *Joannis Baptistæ* de Mardimago Adriensis Diœcesis cum omnibus juribus ad ipsum quoquo modo spectantibus & pertinentibus, absque tamen præjuditio jurium dicti Episcopatus. Investituræ Instrumentum repositum in hujus Archivii Catastro prædicto A. pag. 63. tergo, sequens est.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo „ quingentesimo quinquagesimo septimo, Indictione XV., die vero „ XXIIII. Maii Rhodigii in Palatio Episcopali præsentibus testibus „ vocatis adhibitis & rogatis excellenti D. Joanne Paulo Delaito „ Medico fil. qm D. Ludovici, & Ser Jacobo Galesio filio Ser „ Francisci. Et ibi Reverendiss. in Christo Pater Dominus Domi„ nus Julius Cananus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus A„ driensis jure livelli perpetualis renovandi semper in capite quo„ rumlibet viginti novem annorum dando & solvendo pro unaqua„ que innovatione Domino renovanti cum tempus advenerit soli„ dos viginti novem, & sic semper hoc ordine præsens pagina in„ novetur; cum uno annulo auri, quem suis habebat in manibus, in„ novando investivit Magistrum Marcum de Venetiis Priorem Con„ fraternitatis Flagellatorum de Rhodigio præsentem stipulantem &

„ reci-

„ recipientem nomine dictæ Confraternitatis de Hospitali Sancti
„ Joannis Baptistæ de Mardimago Adrien. Diœcesis, & de omni-
„ bus juribus ad ipsum quoquo modo spectantibus & pertinentibus
„ absque tamen præjuditio jurium dicti Episcopatus: quæ semper
„ illæsa, & reservata intelligantur, si aliter esse quod præsentibus
„ est expressum, cui Confraternitati dictum Hospitale cum ju-
„ ribus suis videtur unitum ex antiqua observantia, & de quo
„ Hospitale alias &c. Ludovicus Rana Prior dictæ Confraternitatis
„ fuit investitus jure prædicto a spectabili D. Baptista Hero pro-
„ curatore & mandatario Reverendissimi Domini Domini Cardina-
„ lis de Rangonibus titulo S. Agatæ Diaconi Cardinalis, & Eccle-
„ siæ Cathedralis Adriensis perpetui Commendatarii & legiptimi
„ Administratoris de anno 1524. sub die 26. Mensis Januarii nota-
„ rio spectabili D. Francisco Malagugino olim notario Episcopatus
„ registrato in Libro investiturarum dicti Episcopatus folio 14. ad
„ habendum, tenendum, possidendum, & usufructuandum ad co-
„ modum semper utilitatem & beneficium ipsius Hospitalis, &
„ pauperum ad ipsum confluentium juxta ejusdem possibilitatem &
„ introitus, & meliorandum, semper manutenendum, conservan-
„ dum, & non deteriorandum, quod Hospitale cum omnibus suis
„ juribus prædictus Reverendissimus Dominus Episcopus promisit
„ dicto Priori præsenti, stipulanti & recipienti ut supra perpetuo
„ ab omni persona, Communi, collegio, & universitate defendere,
„ auctorizare, & disbrigare in juditio, & extra omnibus periculis
„ & expensis dicti Episcopatus, & hoc quantum sit pro facto ip-
„ sius Episcopatus: pro cujus quidem Hospitalis recognitione, &

„ sen-

„ censu dictus Ser Marcus Prior ut supra faciens per se & succes-
„ sores suos promisit prædicto Reverendissimo Domino Episcopo
„ præsenti stipulanti pro ipso Episcopatu Adriensi, & pro Successo-
„ ribus in eo dare & solvere omni anno in Festo Sanctæ Mariæ
„ de Mense Septembris libram unam ceræ albæ laboratæ. Hoc ta-
„ men pacto inter dictas partes, ut supra, agentes apposito & so-
„ lemni stipulatione vallato, quod nullo modo nec aliqua conditio-
„ ne dictus Prior nec successores sui possint vendere, nec contra-
„ ctum aliquem facere seu alienare dictum hospitale in totum vel
„ in parte, nisi concedere & renuntiare Reverendissimo Domino
„ Episcopo Adriensi, seu ejus legiptimis nuntiis, & Vicariis. Quæ
„ omnia & singula in præsenti Instrumento contenta promiserunt
„ dictæ partes, ut supra agentes, ad invicem perpetuo firma ra-
„ ta, & grata habere, tenere, attendere, & observare sub
„ ipoteca, & obligatione omnium & singulorum bonorum dictarum
„ partium, ut supra, agentium. Bona autem suprascripti hospitalis
„ sunt infrascripta ut infra.

„ Fraggia de Santa Maria di Battù da Rovigo tiene uno casamen-
„ to casamentivo de casa da muro, per l'abitazione del hospedaliero
„ del hospedal de Santo Gio: Battista de Mardimago, & poveri di
„ Cristo che fano recapito in ditto luoco, con corte & horto a-
„ rente, uno capo la via, dal' altro la pestrina, da una banda le
„ raggion del casamento della Chiesa de Santo Floriano da Mar-
„ dimago, del' altro li heredi de Messer Francesco da Venece C. p. T.

„ Item tiene una terra arrativa buona non vignada, da uno ca-
„ po la via, dal' altro la pistrina, da uno lado Piero Zulato, dal'
„ al-

„ altro Bortolamio Andriolo c: p. 7. P. 7.

„ Item tiene una terra buona non vignada da un capo la via, „ dal' altro la pistrina, da uno ladi Agnolo Zulato, dal'altro mes- „ ser Girolamo del quondam Messer Antonio Venece c. p. 7. „ P. — 1. - - —

„ Item una terra arrativa buona non avignada da uno capo & „ uno lado la via, dal' altro cavo Messer Antonio Maria Folegno, „ dal'altro ladi Messer Lodovico Recanati c: p 3: P - - —

„ Item tiene una terra arrativa buona non avignada alle betine da „ uno cavo la via dal'altro la vale da tutti doi li ladi Messer Gi- „ rolamo del quondam Messer Antonio Venece c - p. 3. P: 9.

„ Item in ditte conffine uno pra buono per la mità & per la „ mità cattivo C. 1. p. 3. P. 7.

„ Item una terra arrativa per la mita buona, e per la mita ca- „ tiva al traversagno da uno cavo la via, & per parte Messer An- „ tonio Maria Folegno, dal'altro cavo la valle, da uno ladi Mes- „ ser Ventura Casalino, dal'altro ladi Messer Antonio Maria Fo- „ legno, & per parte l'heredi de Symon del Orbo C. 2. p. 9. „ P. 4.

„ Item tiene una terra arrativa buona non vignada da uno capo „ l'arzerin, dal'altro la pistrina, da tutti doi li ladi M. Girolamo „ del quondam M. Antonio Venece C. — p. 7. P. 1. —

„ Item tiene una terra arrativa buona non avignada uno capo l' „ arzerino, dal'altro la pistrina, da tutti doi li ladi M. Girolamo „ soprascritto.

„ Et quia ego Sebastianus Bonifatius fil. qm̃ egregii D. Hieroli-

„ mi

„ mi publicus utraque auctoritate notarius Rhodiginus, nec non
„ Cancellarius Curiæ Episcopalis Adriensis omnibus & singulis in
„ præsenti investitionis instrumento contentis præsens fui, & roga-
„ tus scribere scripsi & publicavi; ideo me subscripsi & solito mei
„ tabellioniatus signo munivi & roboravi -- Laus Deo.

Perrexit autem hic Antistes sub *Pio* IV. ad Concilium Tridentinum, ubi opinionem quam de eo tamquam pio, erudito, atque eloquente viro conceperant omnes, penitus confirmavit. Ad suam deinde Diœcesim reversus anno 1564. vernacula lingua die septima Septembris aliquas Synodales Constitutiones pro bono ejusdem suæ Diœcesis Regimine promulgavit, atque edidit Ferrariæ 1575. nec non Patavii anno 1583. cum Additionibus.

Insuper anno 1569. 4. Octobris Synodum Diœcesanam Adriæ in Cathedrali celebravit. Anno autem immediate sequenti scilicet 1567., die prima Octobris, & 1566. 21. Aprilis iterum alias Synodos congregavit in Collegiata Ecclesia Sancti *Stephani* de Rhodigio. Interfuit quoque *Cananus* Provinciali Synodo Ravennæ in Æde Ursiana die prima Maii 1568. convocatæ per *Julium* Roboreum Cardinalem Urbinatem Archiepisopum Ravennatensem; & mox anno 1582 Mense Majo *Christophoro* Boncompagno Archiepiscopo. Cathedralis Adriensis Capitulum anno 1571. Domino suo Pontifici, ac Successoribus finem fecit controversiæ, quæ vertebatur inter Episcopum prædictum ex una, & Capitulum Canonicorum ex altera, occasione & causa juris optandi Canonicatus, seu præbendas Canonicatuum vacantium in dicta Cathedrali Ecclesia. Renuntiationis Documentum est hujusmodi.

„ In

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo
„ quingentesimo septuagesimo primo, Indictione quarta decima,
„ die vero vigesimo Mensis Aprilis in Civitate Adriæ in Sacristia
„ Ecclesiæ Cathedralis Adriæ, ubi & in qua solet fieri Capitulum
„ per Dominos Canonicos ejusdem, præsentibus testibus vocatis & ro-
„ gatis D. Petro Colla notario Adriæ fil. qm Ser Bernardini, Reveren-
„ do D. Alexandro de Alexandris qm D. Juliani, alias Ramazot-
„ to, & Ser Joanne Boneto Guarniero qm Ser Petri Maria civibus
„ & habitatoribus Adriæ, & aliis. Convocatis & coadunatis capi-
„ tulariter Venerabili & honorando Viro D. Joanne Baptista Rive-
„ rio Archipresbytero dignissimo Episcopatus Adriæ: Venerabilibus
„ & honorandis Viris D. Rainaldo Caselato: D. Marco Sacheto:
„ D. Calisto de Amatis, & D. Bartholomæo Blasiolo Canonicis di-
„ cti Episcopatus in dicta Sacristia dictæ Ecclesiæ Cathedralis sono
„ campanelli, ut moris est, totum Capitulum continentes, & sic
„ dicentes, & protestantes se esse & constituentes totum Capitu-
„ lum, cum ultra eos alii non sint Canonici in dicto Episcopatu:
„ attento maxime quia dictus Rdūs ac Venerab. Vir D. Joannes
„ Baptista Riverius Archipresbyter, ut supra intervenire dixit pro-
„ curatorio nomine & vice Rever. & magnifici Dñi Bernardi Su-
„ riano clerici & nobilis Venetiarum, nec non ejusdem Ecclesiæ
„ Hadriensis Canonici, & Rever. D. Hieronymi Bonifatii similiter
„ Canonici Adrien. pro ut de instrumento procuræ apparere dixit,
„ altero rogato per D. Victorem de Mapheis notarium publicum
„ Venetum de anno 1571. Indictione quartadecima, die vero trige-
„ simo mensis Maii: altero rogato per D. Sebastianum Bonifatium

„ notarium Rhodiginum ac Cancellarium Reverendiſſimi Domini
„ Epiſcopi Adrienſis de anno 1571., Indictione XIIII., die XIII.
„ Menſis Junii a me notario infraſcripto viſis, & lectis, & ſic at-
„ teſtatione ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus in dicto Epiſcopa-
„ tu: pro infraſcriptis peragendis, pertractandis, & concludendis, ac
„ deliberandis. Et primo propoſito per præfatum Joannem Baptiſ-
„ tam Riverium Archipresbyterum in ipſo conſilio, cupiens morem
„ gerere Reverendiſſimo Domino Domino Epiſcopo Adrienſi: re-
„ nuntiando controverſiæ, quæ vertebatur & erat inter Reveren-
„ diſs. D. Epiſcopum Adrienſem prædictum ex una, & Reveren-
„ dum Capitulum prædictum ex altera, occaſione & cauſa jus o-
„ ptandi Canonicatus ſeu præbendas Canonicatuum vacantium in di-
„ cta Eccleſia Cathedrali. Ideo propoſuit & mandavit partem in-
„ fraſcriptam, & rogavit prædictos D. Canonicos ut bene ac ma-
„ ture eam conſiderare velint, & poſtea ad buſſolos & ballotas,
„ ut moris eſt, confirmare, & acceptare, cujus tenor ſequitur ut
„ infra:

„ Conoſcendo quanto obligo teniamo noi tutti Canonici & fra-
„ telli verſo il Reverendiſſimo Monſignore noſtro Epiſcopo d'Adria
„ per molte e diverſe cauſe ben note a tutti noi, & viſto quanto
„ saria il deſiderio, & voler de ſua Reverendiſſima Signoria intor-
„ no il renuntiarli l'aſſerta pretenſione, che noi pretendemo havere
„ per cauſa di ottare alli Canonicati over prebende d'eſſi Canoni-
„ cati che vacano in ditta Cathedral Chieſa, però a fine de com-
„ piacerli sì in queſta come in ogni altra coſa licita & convenien-
„ te per rendergli la pariglia, che verſo di noi ſua Signoria Reve-

„ ren-

„ rendissima quotidie con ogni suo poter ci usa, l' anderà parte
„ con il nome dello Spirito Santo che sia renuntiado ad essa no-
„ stra pretensione di poter de cetero per noi & successori nostri se
„ alcuna ne havessimo, ottar ad alcuna altra maggior prebenda, si-
„ ve minor, che vacasse in detto Vescovado, ma il tutto se inten-
„ di esser nel petto & in mano di esso Reverendissimo Signor E-
„ piscopo Adriense & suoi Successori, affine che per suo volere
„ possi, & possino quelli esser conferido, & conferidi a cui Sua Si-
„ gnoria Reverendissima & Successori parerà & piacerà, come a
„ patrone, & a cui s'aspetta tale & simili prebende & Canonica-
„ ti conferire senza alcuna contradittione di raggion, overo di fat-
„ to, intendendosi similiter esser renuntiato alla lite, che tra sua
„ Reverendissima Signoria & Reverendo Capitolo nostro Adriense
„ vertiva per detta causa a fine che a Sua Reverendissima Signoria
„ & Successori suoi se intendi per ordinaria raggion spettare essi
„ benefitii & prebende, & pertenir, non al Capitolo nostro pre-
„ detto, ne meno a noi Canonici predetti, & hoc omni meliori
„ modo &c.

„ Et omnes de ipso Capitulo, & in ipso vocem habentes con-
„ gregati & coadunati capitulariter, ut supra, auditis, & intelle-
„ ctis prædictis omnibus ut supra propositis, & colloquio inter eos
„ habito, considerantes omnia ut supra vera fuisse & esse, ac bo-
„ num esse complacere ipsi Reverendissimo Domino Episcopo A-
„ drien. uuanimiter, & concorditer omni meliori modo, via, jure,
„ causa, & forma quibus magis & melius potuerunt contentave-
„ runt ponere partem, ut supra, ad bussolos & ballotas, & sic po-

„ ſita fuit, ut ſupra. Quæ pars poſita lecta, & bene conſiderata,
„ ut ſupra, capta fuit, quia habuit ballotas numero ſex in favo-
„ rem, & una in contrarium poſita cum ballotis duabus poſitis per
„ Reverendum D. Archipresbyterum loco, & vice Reverendi &
„ magnifici D. Bernardi Suriano & R. D. Hieronymi Bonifa-
„ tii.

„ Ego Julius Grotus fil. qm̃ Nob. Viri D. Andreæ publicus A-
„ poſtolica & Imperiali auctoritate notarius Adrien. & ad præſens
„ R. D. Capituli Dominorum Canonicorum Adrien. de prædictis
„ omnibus & ſingulis rogatus fui, & propter abſentiam meam ſem-
„ per præſens fuit D. Petrus Colla notarius publicus Adrien. & no-
„ mine mei rogatus ad atteſtandum pro ut fecit.

„ Ego Sebaſtianus Bonifatius fil. q. egregii D. Hieronymi publi-
„ cus utraque auctoritate notarius Rhodiginus nec non Cancellarius
„ curiæ Epiſcopalis Adrien. ſupraſcriptum Inſtrumentum mandato
„ Reverendiſſimi Domini Epiſcopi fideliter ad perpetuam rei me-
„ moriam regiſtravi & in fidem &c.

Neque illud ſilentio prætereundum quod ſupradictus Antiſtes die 8. Maii anni prædicti 1571. aliam celebravit Synodum Diœceſanam in Terra Lendinariæ Adrienſis Diœceſis. Ferrariæ autem in maxima Æde die 4 Maii 1578. conſecravit in Epiſcopum Ferrarienſem *Paulum* Leonium celeberrimum Juriſconſultum Patavinum Conſiliarium Ducalem, præſentibus *Hercule* Sacrato Epiſcopo Comaclenſe, & *Sixto* de Vicedominis Epiſcopo Mutinenſe, totoque Capitulo, & Clero, Magiſtratu Civitatis, ac Aulicis Ducalibus, multiſque Regularium Superioribus. Hujus Epiſcopi Canani opera, conſilio, ac ſingu-

gulari prudentia in rebus arduis *Alphonsus* Dux Ferrariæ, *Hippolitus* Cardinal. ejus Patruus, & *Aloysius* Cardinal. Estensis Ducis Frater usi sunt, apud quem aliquandiu Romæ commoratus *Julius*, anno 1581. provinciam suscepit opem ferendi *Joanni* Levesque della Cassiera Equitum Hierosolymitanorum Magistro, qui in Comitiis Magisterio expoliatus Romam venerat ad dicendam causam, regio quoque hospitio exceptus ab ipso Cardinale Estensi.

In hujus Serenissimæ Gentis gratiam *Julius*, præter propria ejus merita, pridie Idus Decembris 1583. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Eusebii, mox Sanctæ Anastasiæ assumptus a *Gregorio* PP. XIII. ab eodem supradicto *Paulo* Episcopo Ferrariensi in Cathedrali etiam Ferrariæ die 14. Decembris dicto anno 1583. bireto rubro Cardinalitio ornatus est, quem illi Roma attulit *Raphael* Lippus Summi Pontificis Camerarius. Litteras autem Apostolicas *Gregorii* XIII. collati Cardinalatus ex originalibus existentibus inter Scripturas Domus Cananæ depromptas, nobisque a sæpe laudato Antenore Scalabrini olim transmissas hic dare opportunum credidimus, ne pereat illarum memoria.

(Foris) Dilecto filio nostro Julio S. R. E. Presbytero Cardinali Canano.

Gregorius Papa XIII.

„ Dilecte filii noster Salutem & Apostolicam Benedictionem
„ Cum pro muneris nobis divinitus injuncti solicitudine diu, mul-
„ tumque animo nostro versaremur, de supplendo Sacro Venerabi-
„ lium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium
„ Senatu, Tu nobis inter primos occurristi, quem ob tuam exi-

„ miam

„ miam religionem, prudentiam, & fidem, integritatem ceterasque
„ virtutes, quibus præditus es, in hoc amplissimum Collegium coo-
„ ptaremus. Itaque nuper in Consistorio nostro secreto de eorum-
„ dem fratrum consilio, & assensu, Te ad Omnipotentis Dei lau-
„ dem & honorem, ac Sanctæ Apostolicæ Sedis splendorem, & exal-
„ tationem ipsius Ecclesiæ Romanæ Presbyterum Cardinalem crea-
„ vimus, & declaravimus, mittimusque nunc tibi per dilectum fi-
„ lium Raphaelem Lippum, Camerarium nostrum Biretum rubrum
„ a nobis de more benedictum, primum tantæ per nos tibi collatæ
„ dignitatis insigne. Te igitur fili vehementer hortamur in Deo
„ Domino, ut quemadmodum summum hunc in te honorem beni-
„ gne contulimus, ita singularem animi gratitudinem tuis assiduis
„ erga nos, & Sedem Apostolicam studiis & officiis in dies magis
„ ac magis augere contendas. Quod quidem te pro tua præstanti
„ pietate facturum esse non dubitamus.

„ Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die
„ XI. Decembris MDLXXXIII. Pontificatus nostri anno duode-
„ cimo.

(Cae. Glorierius)

Anno 1584. sub eodem Cardinal. Antistite Parochialis Ecclesia Sancti Jacobi de Corbula Veneta, seu de Bellumbra fuit constructa. Hujus constructionis indicium habemus ex sequenti Inscriptione.

D. O. M.

D. O. M.

Et Divo Jacobo
Hanc Ædem construentibus
Vici Corbularum Incolis in
Adriana Diœcesi Julio Canano
Cardinale Antistite Eleonora
Calcagnina Contuga solum
In suo prædio dono dedit
Anno Rep. Sal. MD LXXXIV.
Ut ipsi memores piæ Matronæ
quotannis parentent.

Julius Comitiis adfuit *Sixti* V., a quo Æmiliæ anno 1585. Legatus datus adeo sapienter, ac liberaliter provinciam moderatus est, ut ejus nomen in compitis viarum, & pontium quos refecit, & stravit gloriose occurrat pertranseuntibus, ut in Historia Ravennæ scripsit Rubeus. Anno deinde sequenti nempe 1586., die 21. Septembris ejusdem anni non solum consecravit Parochialem Ecclesiam Sancti *Stephani* P. & M. de Villa Martiana Territorii Rhodigii Adriensis Diœcesis; verum etiam anno 1590. die vigesima nona Septembris illam de Gognano sub invocatione Sancti *Bartholomæi* Apostoli pariter Adriensis Diœcesis. Tandem a *Gregorio* PP. XIV. anno 1591. ad Mutinenses infulas translatus, cum a Romanis Comitiis, ubi *Clemens* VIII. ad Summi Pontificatus apicem fuerat evectus, ad suam Ecclesiam rediret, ab *Alphonso* II. Ferrariæ Du-

ce quinto honorifice receptus, nec non in Castro hospitatus, gravi morbo correptus obiit die 26. Novembris 1592. Cadaver triduo in Sacello Castri Ducalis populo permissum, assistentibus assidue Religiosis, qui pro defuncto orarent. Funus tandem elatum pompa solemni comitati sunt omnes Religionum Ordines, Clerus, Magistratus Urbani ad Ecclesiam Sancti Dominici, ibique in Sacrarii pavimento sepultus cum sequenti memoria.

D. I.

Julio Canano Nobili Ferrarien. S. R. E. tit. S. Anastasiæ Presby. Cardinal. ex Cananorum Byzantii stirpe Palæologis Imperat. una propagata; qui Julio III. P. M. juvenis admodum a secretis adeo acceptus inservivit, ut in eum Pontificiam authoritatem, supplicationes quascumque, scripturasve signandi fidenter effuderit. Qui Adriæ, & Mutinæ Episcopatus, veneficia cohibendo, hæreses extirpando, ac Templa restituendo, vigilanter rexit. Qui SS. Tridentinæ Synodo interfuit. Qui a Gregorio XIII. postrema illa promotione inter Cardinales cooptatus fuit. Qui denique Sixti V. Legatus Æmiliam tam æque, justeque est moderatus, ut nomen ejus perpetuo gloriosum sit permansurum.

Alexander Sancti Jacobi Eques ac Sapientium Judex Fratri optimo gratæ testificationis ergo P. I. Vixit Annos LXVIII. Obiit V. Kalend. Decembris MDLXXXXII.

Nominavit Julius ad hanc Ecclesiam Adriensem *Thomam* Cananum celebrem legum Doctorem, Carpi Archipresbyterum ejus Patruum; ast eum inopinato mors sustulit antequam Infulam obtineret.

ret. Ejus Corpus in Templo Divi *Dominici* apud majores suos tumulatum est, ut ex Guerino lib. 3. Ecclesiarum Ferrariensium.

LXII.

LAURENTIUS Laureti Venetus Carmelita, Theologus magni nominis, qui Concilio Tridentino interfuit, ob illustrem spectatamque doctrinam ex Procuratore Generali sui Ordinis a *Gregorio* PP. XIV. Adriensis Episcopus creatus est anno 1591. die 10. Mensis Februarii. Anno vero 1593. 12. Kalend. Julii consecravit Ecclesiam Buttrigharum sub invocatione SS. Francisci de Assisio, & Francisci de Paula Territorii Adriensis, quam erexit in Parœciam anno prædicto. Seminarium quoque Diœcesis in Civitate Rhodigii ædificavit ut jam supra adnotavimus. Duas Diœcesanas Synodos celebravit *Laurentius*; Adriæ primam in Cathedrali Ecclesia 1592. die 17. Septembris, alteram Rhodigii Kalend. Septembris 1594. in Collegiata S. *Stephani* P. & M. Decreta autem ab eodem Episcopo condita in Synodis supradictis edita fuere Ravennæ apud Petrum & Camillum Fratres de Jovanellis 1594.

Ecclesiam deinde Sanctæ *Mariæ* de Monte Silicis Diœcesis Patavinæ olim PP. Carmelitarum, quorum Conventum suppressit *Innocentius* X., prædicto anno 1594 hic Antistes solemni ritu consecravit, ut testatur Marmorea hæc Epigraphe.

Hanc Ædem Nativitati Mariæ Virginis Inscriptam Mag. Laurentius Lauretus ex Ordine Carmelitarum Perillustris Episcopus Adriensis dicavit Anno Dñi MDXCIV. Dominica prima Augusti

VII. Id. sub Prioratus Functione R. M. Joannis Petri Pesalaria Patav.

Die vero 24. Mensis ejusdem decrevit *Laurentius* auctoritate sua Ordinaria, convocandum Capitulum Confraternitatis Flagellatorum Rhodigii, non obstante cujuscumque absentia, sequenti Decreto:

„ Cum significatum fuisset Illustriss. & Reverendissimo in Chri-
„ sto Patri Dom. Dom. Fratri Laurentio Laureto Dei & Apostoli-
„ cæ Sedis gratia Episcopo Adriensi, quod præsenti die vigesima
„ quarta Augusti, quæ est dies Sancti Bartholomæi fuerit intima-
„ tum Capitulum Confraternitatis Flagellatorum hujus Civitatis
„ Rhodigii pro tractandis in eo rebus ad divinum cultum & ip-
„ sius Confraternitatis honorem spectantibus, quodque nonnulli ex
„ Fratribus dictæ Confraternitatis etiam citati & vocati se a Ci-
„ vitate fortasse malitiose absentaverint; Propterea ipse Reverendis-
„ simus Dom. Episcopus ne bonum, quod in dicto Capitulo est tra-
„ ctandum, impediatur, auctoritate sua Ordinaria Decretum & de-
„ clarationem suam interponere voluit, decernens, & declarans
„ Capitulum prædictum hodierna die esse celebrandum, non ob-
„ stante cujuscumque vel quorumcumque absentia cujuscumque of-
„ ficii sint; & omnia in eo agenda & determinanda vim & robur
„ perinde esse habitura, ac si omnes & singuli Confratres eidem
„ Capitulo interfuissent. Actum Rhodigii in Palatio Episcopali præ-
„ sentibus testibus adhibitis specialiter & rogatis Dom. Dom. Pau-
„ lo Guargantio Clerico Cremonensi, Dom. Bartholomæo & Dom.
„ Joanne Jacobo Colla familiaribus præfati Reverendiss. Domini
„ Episcopi die 24. Augusti 1594.

„ Ego

„ Ego Sebaſtianus Bonifacius Notarius Publ. Rhodigii & Can-
„ cellarius Curiæ Epiſcopalis mandato & rogatus &c.

Deinde eiſdem die & anno approbavit conceſſionem Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* Flagellatorum Congregationi Piſanæ, prout in ſequenti Documento ſervato in hac Epiſcopali Curia.

„ In Dei Æterni nomine. Amen. Cunctis pateat evidenter &
„ ſit notum qualiter Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto Pater
„ Dom. Dom. Frater Laurentius Lauretus Dei & Apoſtolicæ Sedis
„ Gratia Epiſcopus Adrienſis viſa conceſſione hodierna die facta a
„ Confratribus Societatis Diſciplinatorum iſtius Civitatis Rhodiginæ
„ legitime congregatis nemine diſcrepante Reverendis Patribus Or-
„ dinis S. Hieronymi Congregationis B. Petri Piſarum de Eccleſia
„ & Domo ipſius Confraternitatis poſita in hac Civitate a latere
„ Sanctæ Juſtinæ, omni meliori modo, via, jure, cauſa, & forma
„ quibus magis & melius potuit & poteſt, ac ſibi de jure licuit
„ & licet, conceſſionem ipsam auctoritate ejuſdem Reverendiſſimæ
„ Dominationis ordinaria, ac etiam vigore facultatis ſibi datæ &
„ attributæ a Sacro Tridentino Concilio approbavit, laudavit, &
„ confirmavit, ſuamque interpoſuit auctoritatem pariter & Decre-
„ tum. Mandans mihi Sebaſtiano Cancellario infraſcripto de præ-
„ dictis ad perpetuam rei & futurorum memoriam præſens hoc pu-
„ blicum fieri Documentum Sigilloque ejuſdem Reverendiſſimæ Do-
„ minationis roborari. Actum Rhodigii in Palatio Epiſcopali, præ-
„ ſentibus teſtibus adhibitis ſpecialiter & rogatis Don Paulo Guar-
„ guantio fil. Dom. Bartholomæi Clerico Cremonenſi, & D. Joan-
„ ne Jacobo Colla Cive Adrienſe familiaribus prædicti Illuſtriſſimi

„ & Reverendiſſimi Dom. Epiſcopi die vigeſima quarta Auguſti, „ Milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto. Pontificatus Sanctiſ- „ ſimi Dom. noſtri Dom. Clementis Papæ VIII. Anno III.

„ Et quia ego Sebaſtianus Bonifatius fil. qm̃ egregii viri Dom. „ Hieronymi publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Nota- „ rius Rhodiginus, nec non Cancellarius Curiæ Epiſcopalis Adrien- „ ſis præſens fui, & mandato præfati Illuſtriſſimi Dom. Epiſcopi, „ & rogatus a Reverendo P. F. Philippo de Gratianis Veronenſi „ Ordinis prædicti Procuratore ad præmiſſa ſpecialiter deputato præ- „ ſens fui; ideo me ſubſcripſi, & ſolito mei Tabelloniatus ſigno „ munivi & roboravi. Laus Deo.

Præterea ejuſdem Antiſtitis alia plura documenta ſervamus in hoc Archivo Epiſcopatus, & maxime ſequens, quod exiſtit in Cat. ſignato T. pag. 43.

„ In Chriſti Nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis Milleſi- „ mo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo Indictione decima, die de- „ cimo nono Menſis Auguſti Ferrariæ in Monaſterio RR. Fratrum „ Sancti Pauli præſentibus teſtibus vocatis & rogatis multum ma- „ gnifico & Reverendo Don Simeone Gilino Malateſta nuncupato, „ Canonico Cathedralis Eccleſiæ hujuſce Civitatis, & R.P. Tholomeo „ de Tholomeis Priore dicti Monaſterii. Illuſtriſs. & Reverendiſs. in „ Chriſto Pater Dom. Dom. Laurentius Lauretus nobilis Venetus „ Dei & Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus Sanctæ Adrienſis Eccle- „ ſiæ ejuſque bonorum ac Jurium quorumcumque legitimus & per- „ petuus adminiſtrator ſponte & ex certa ſcientia per ſe ac ſuos „ in dicto Epiſcopatu Succeſſores omni quo potuit & poteſt melio-

„ ri

„ ri modo jure Feudi de viginti novem annis in viginti novem
„ annos ad renovandum ſolvendo pro qualibet renovatione ſolidos
„ viginti novem Venetos, per traditionem unius annuli aurei,
„ quem ſua tenebat in manu, inveſtivit & innovavit multum ma-
„ gnificum & Juris Utriuſque Doctorem Dominum Paulum I-
„ ſinardum civem Ferrarienſem de contracta Sancti Romani filium
„ & conjunctam perſonam magnificæ Dominæ Penelopæ ejus ma-
„ tris præſentem, inſtantem, acceptantem, ac recipientem nomine
„ & vice prædictæ ſuæ magnificæ matris, & pro ea ac ſuis filiis
„ & hæredibus, de ſexta parte Decimæ Campaneæ Villæ novæ ju-
„ risdictionis Lendinariæ, & jure decimandi, & fructus quoſcumque
„ Decimales ejuſdem ſextæ partis Decimæ campaneæ dictæ Villæ
„ habendi, percipiendi & colligendi ac haberi percipi & colligi fa-
„ ciendi. Eamque ſextam partem decimæ, & jus prædictum præ-
„ ſens Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dominus Epiſcopus dedit ac con-
„ ceſſit ipſi magnifico Domino Paulo præſenti & acceptanti ut ſu-
„ pra cum omnibus honoribus, prærogativis, conſuetudinibus, actio-
„ nibus, utilibus directis tacitis ac expreſſis pro ut & quemadmo-
„ dum hactenus obſervatum fuit tam in colligendo fructus quam in
„ colligi faciendo ipſos, tum in locando quam in uſufructuando,
„ & cætera alia faciendo pro ut & quemadmodum cæteri alii con-
„ ductores & inveſtiti in reliquo ipſius totius decimæ, excluſa di-
„ cta ſexta parte, fecerunt, & obſervaverunt uſque in præſentem
„ diem, de qua ſexta parte decimæ prædictæ ut ſupra conceſſa o-
„ lim D. Philippa de Canonicis Mater prædictæ Magnificæ Domi-
„ næ Penelopæ inveſtita fuit inſtrumento rogato per olim Domi-
num

„ num Joannem Dominicum de Episcopis notarium Rhodigii die
„ quarta Mensis Novembris anni.... in eademque re prædicta feu-
„ dataria uti filia ac hæres dictæ suæ Matris successit, ut idem
„ Magnificus D. Paulus dixit, & investivit idem Reverendiss. Dom.
„ Episcopus dictum magnificum D. Paulum utrumque acceptantem
„ ac recipientem de dicta sexta parte decimæ prædictæ etiam uti
„ & tamquam de re devoluta & decaduta ad prædictum ejus E-
„ piscopatum Adriensem, & illius Mensam Episcopalem tam ob in-
„ vestituras & innovationes de ea debitis temporibus non petitas nec
„ receptas & laudemia ac recognitiones debitis temporibus non so-
„ luta nec solutas, quæ & alia quacumque ratione vel causa, quæ
„ quovis modo dici & cogitari possit quomodocumque & qualiter-
„ cumque, & hoc cum introitibus ac exitibus suis suisque certis
„ & justis finibus & coherentiis, & cum omnibus & singulis ad
„ dictam rem, ut supra concessam modo aliquo spectantibus & per-
„ tinentibus & cum facultate ac potestate ac sua propria auctorita-
„ te & sine requisitione alicujus personæ intrandi, standi, & ap-
„ prehendendi tenutam & corporalem possessionem dictæ rei ut su-
„ pra concessæ & eam quam ipsa magnifica investita habet, idem
„ Reverendiss. Dominus Episcopus confirmavit quam prædictus ma-
„ gnificus D. Paulus agens & obligando ut infra ad instantiam di-
„ cti Reverendiss. Episcopi uti acceptantis & accipientis dixit con-
„ fessus fuit & est prædictam suam magnificam Matrem dictam
„ sextam partem decimæ ut supra concessam tenere ac possidere
„ pacifice & quiete ac sine contradictione alicujus personæ, fuisse-
„ que ac esse Juris ac de Jure dicti Episcopatus ad habendum, te-
nen-

„ nendum, possidendum, usufructuandum, meliorandum, & non
„ deteriorandum, & alia omnia faciendum quæ taliter investitis fie-
„ ri permittunt; directo Dominio retento & penes semper antedi-
„ ctum Episcopum remanente. Quam sextam partem Decimæ præ-
„ dictæ & jus antedictum idem Reverendiss. D. Episcopus obligan-
„ do prædictum suum Episcopatum & illius bona omnia & singula
„ præsentia & futura per se & suos in dicto Episcopatu Successo-
„ res promisit dicto magnifico D. Paulo ut supra acceptanti & re-
„ cipienti legitime ac perpetuo ab omni persona, communi, colle-
„ gio, & universitate autorizare, defendere & disbrigare in Judi-
„ cio & ex omnibus dicti Episcopatus judiciis, periculis, sumpti-
„ bus, ac expensis quantum sit & erit pro facto proprio ejusdem
„ Episcopatus tantum & non altero, nec alio modo. Hoc tamen
„ pacto & inter ipsas præsentes convento & declarato ut supra. Im-
„ primis quod eadem magnifica Domina teneatur omnibus suis ex-
„ pensis dare & tradere dicto Reverendissimo Dom. Episcopo vel
„ ejus agentibus præsens Instrumentum in publicam formam releva-
„ tum. Item quod dictus magnificus D. Paulus teneatur pro ut sic
„ promisit prædictam ejus magnificam Matrem facturam & obser-
„ vaturam ea omnia ad quæ alii similes Feudatarii tenentur & o-
„ bligati sunt. Et pro Feudo ac ratione Feudi rei prædictæ ut su-
„ pra concessæ D. Magnificus D. Paulus agens nomine prædictæ
„ suæ Matris, & pro qua sub hipotheca ac obligatione infrascriptis
„ solemni stipulatione promisit dicto Reverendiss. Dom. Episcopo
„ acceptanti & recipienti pro se & nomine predicti sui Episcopa-
„ tus & Successorum suorum in eo de rato & rati habitione o-

„ mnium

„ mnium ac singulorum in præsenti Instrumento contentorum, & „ se facturum atque curaturum cum effectu, omni impossibilitatis „ & difficultatis exceptione remota, ita quod faciendo possibilia, „ & quid in se erit non excusetur, quod prædicta ejus Mater legi„ time ac solemniter & per publicum Instrumentum approbabit, ra„ tificabit, & confirmabit præsens Instrumentum, & omnia ac singula „ in eo contenta, &c. Idem magnificus D. Paulus de suo proprio „ teneatur ad omnia ejus Episcopatus damna, interesse, ac expen„ sas, ita tamen quod facta dicta ratificatione idem magnificus D. „ Paulus a præsenti obligatione obligatus sit, & ob id obligando „ se & omnia ac singula ejus bona præsentia & futura per se & „ suos hæredes promisit dicto Reverendiss. D. Episcopo ut supra „ acceptanti & recipienti eidem aut suis ut supra vel eorum legi„ gimis agentibus omni & singulo anno in Festo Beatæ Mariæ „ Mensis Septembris dare, solvere, & cum effectu consignare sta„ ria tria frumenti ad mensuram Policinii Rhodigii nitidi & bene „ cribellati conducti ad Domum ipsius Reverendiss. Domini Epis„ copi posito in Rhodigio, incipiendo facere primam solutionem „ in Festo prædicti Mensis proximi venturi omni Juris & facti ex„ ceptione remota &c.

„ Ego Franciscus fil. qm̄ egregii viri Domini Bernardini de „ Sbarbalaiis Apostolica & Imperiali auctoritate notarius publicus „ Ferrariensis suprascriptis omnibus & singulis aliena manu, me aliis „ occupato negotiis, fideliter scriptis præsens fui, eaque rogatus „ scripsi &c.

Septem circiter annos *Laurentius* summa cum laude Adriensem

ad-

administravit Ecclesiam. Decessit Venetiis primo die Februarii 1598. & sepultus est, statua ænea ad ejus tumulum locata, apud suos Carmelitas, ubi hoc Epitaphio laudatur.

Laurentius Lauretus Venetus Carmelita Episcopus Adriæ sanctimonia, sapientia omni laudis excellentia præclarus, Orator, Philosophus, Theologus summus, in Concilio Tridentino admirabilis apud Gregorium XIV. Pontific. Max. qui eum Episcopum fecit, & apud omnes summis honoribus dignus existimatus, multis bonis hoc Templo & Monasterio aucto post annum ætatis LXIII Episcopatus VII. sua hic ossa sepeliri mandavit. Obiit Kalend. Febr. M.D. LXXXXVIII.

In ejus funere elegantissimam Orationem habuit *Antonius* Riccobonus Rhodiginus. A Chartulario in Opere quod inscribitur *Athenæum Romanum* egregie laudatur Lauretus, ubi dicitur fuisse Theologorum ornamentum, singulare Philosophorum decus, vir pius, humanus, conversatione placidus, atque benignus, qui pluribus in Collegiis docuit scientias; & alia hujusmodi, quæ brevitatis causa omittimus. Scripsit hic Antistes non spernenda Volumina, nimirum.

„ In Magistrum Sententiarum lib. IV.
„ In totam Artem veterem, ut vocant lib. I.
„ In Libros Physicorum Aristotelis lib. VIII.
„ In ejusdem Metaphysicam lib. XII.
„ Censuram in Opera Tertulliani jussu Pii V. lib. I.
„ Cremonæ, & Antonio Marinano lib. I. Apologiam contra calu-
„ mniatores pro prædicto Episcopo.
„ In Epistolam ad Romanos lib. I.
„ In Epistolam ad Galatas, dum esset in Concilio Tridentino lib. I.

„ Tractatum de Contractibus lib. I.
„ De Censuris Ecclesiasticis lib. I.
„ Orationes habitas in Concilio Tridentino lib. I.
„ Orationes habitas in Sacello Pontificio lib. I.
„ Argumenta, & consultationes, sive responsa ad diversa Princi-
„ pum quæsita lib. I.
„ Scholia in Sichardum Episcopum Cremonensem, ac Cardinalem
„ Sfondratum etiam ibi Episcopum lib. I.
„ Sermones & Collationes Patrum uberes eruditione lib. I.

LXIII.

HIERONYMUS Alphonsi de Comitibus Purliliarum, seu Portiæ, Brognaræ &c. filius, Concordiensis Diœcesis, in utraque Signatura Romæ Referendarius a *Sixto* V. Gallis & Germanis primum anno 1590., deindeque a *Clemente* VIII. apud Imperatorem *Rodulphum* II. in Comitiis Imperialibus Ratisbonæ habitis anno 1594. Legatus; tandem ab eodem Summo Pontifice, dum esset Ferrariæ, hanc Adriensem Sedem obtinuit die 7. Mensis Augusti 1598., cujus rei sequentes Apostolicæ litteræ fidem faciunt:

„ Dilecto Filio Nobili Viro Marino Grimano
„ Duci Venetiarum

„ Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecte fili Nobilis
„ Vir salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie siquidem Ec-
„ clesiæ Adriensi, tunc per obitum bonæ memoriæ Laurentii olim
„ Episcopi Adriensis extra Romanam curiam defuncti Pastoris sola-
„ tio

„ tio destitutæ, de persona dilecti filii Hieronymi Electi Adriensis „ nobis & fratribus nostris de suorum exigentia meritorum acce- „ pta, de fratrum eorumdem consilio Apostolica auctoritate provi- „ dimus, ipsamque illi in Episcopum præfecimus & Pastorem, curam „ & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporali- „ bus plenarie committendo, pro ut in nostris inde confectis litteris „ plenius continetur. Nos igitur eumdem Hieronymum electum A- „ driensem suis exigentibus meritis paterna benevolentia prosequen- „ tes, & cupientes, quod Ecclesia ipsa sub ejus regimine felicia „ suscipiat incrementa, Nobilitatem tuam rogamus & hortamur qua- „ tenus eumdem Hieronymum Electum Adriensem, & Ecclesiam „ prædictam suæ curæ commissam habens pro nostra & Sedis Apo- „ stolicæ reverentia propensius commendatos in ampliandis & conser- „ vandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris, „ quod idem Hieronymus Electus Adriensis tuæ Nobilitatis fultus „ præsidio in commisso sibi dictæ Ecclesiæ regimine possit Deo „ propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitæ præ- „ mium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Dat. Fer- „ rariæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo no- „ nagesimo Octavo, septimo Idus Augusti Pontificatus nostri anno „ septimo.

„ Dilecto Filio Hieronymo Electo Adrien.

„ Clemens PP. VIII.

„ Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum nos „ nuper Ecclesiæ Adriensi certo tunc expresso modo Pastoris sola- „ tio destitutæ de persona tua nobis & Venerabilibus fratribus no-

„ ſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ob tuorum exigentiam
„ meritorum accepta de Fratrum prædictorum conſilio Apoſtolica
„ auctoritate providerimus, teque Eccleſiæ Adrienſi in Epiſcopum
„ præfecerimus & Paſtorem, curam, regimen, & adminiſtrationem
„ ejuſdem Eccleſiæ Adrienſis tibi in ſpiritualibus, & temporalibus
„ plenarie committendo, pro ut in Litteris Apoſtolicis prope diem
„ ſub plumbo expediendis latius explicabitur. Nos ne, dum lit-
„ teræ prædictæ expediuntur Eccleſia, prædicta aliqua in ſpirituali-
„ bus vel temporalibus detrimenta patiatur, providere, ſimulque
„ tuis commodis quantum cum Domino poſſumus conſulere volen-
„ tes, tibi vigore præſentium per te, vel Procuratorem tuum cor-
„ poralem, realem & actualem poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis,
„ & adminiſtrationis ejuſdem Eccleſiæ Adrienſis, ac illius Menſæ
„ Epiſcopalis bonorum apprehendere, nec non fructus, redditus, &
„ proventus percipere, exigere, & levare, in tuosque uſus & utili-
„ tatem convertere, nec non ea quæ Juriſdictionis ſunt, non au-
„ tem ordinis facere & exercere libere, & licite poſſis & valeas
„ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia in-
„ dulgemus. Mandantes dilectis filiis Capitulo ac Clero, Populoque,
„ & Vaſſallis Eccleſiæ Civitatis & Diœceſis Adrienſis, ut te tam-
„ quam Patrem, & Paſtorem animarum ſuarum humiliter reci-
„ pientes tibi obedientiam, & reverentiam debitas & devotas præ-
„ ſtent, tuaque ſalubria monita, & mandata reverenter ſuſcipiant
„ & efficaciter adimplere procurent, ipſique Vaſſalli consueta ſervi-
„ tia & jura tibi ab eis debita integre perſolvant, & exhibeant,
„ alioquin ſententiam ſive pænam quam ſive tuleris, ſeu ſtatueris in

„ re-

„ rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad
„ satisfactionem condignam inviolabiliter observare. Non obstan-
„ tibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ
„ incipit *Injunctæ*, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinatio-
„ nibus Apostolicis, nec non prædictæ Ecclesiæ Adriensis etiam
„ juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
„ boratis statutis, & consuetudinibus cæterisque contrariis quibus-
„ cumque. Volumus autem, ut intra quattuor menses litteras sub
„ plumbo prædictas in totum expedire ac jura Cameræ Apostolicæ,
„ & aliis propterea debita integre persolvere omnino tenearis, a-
„ lioquin dictis quattuor mensibus elapsis Ecclesia prædicta vacet
„ & vacare censeatur eo ipso. Dat. Ferrariæ sub Annulo Piscato-
„ ris die XVIII. Augusti MDXCVIII. Pontificatus nostri anno se-
„ ptimo.

Hieronymus iste plura, cum vocatus fuit ad Episcopatum, tenebat beneficia, & præcipuum unum 300. Scutorum in Sancta *Maria* de Palazzolis Brixiensis Diœc. Aliud quoque sub invocatione Sancti *Angeli* & S. *Mariæ* Carmel. Purliliarum de Jure patronatus Comitum ejusdem nobilissimæ Familiæ. Die vero decima quinta Septembris supradicti anni Adriæ possessionem iniit ex actis Joannis Baptistæ Grotti notarii, nec non Cancellarii Episcopalis. Anno 1605. a *Leone* Papa XI. electus est Nuntius Apostolicus ad Principes Germaniæ superioris cum facultate legati de Latere, pro ut apparet ex sequenti Documento existente in Libro B. pag. 63. tergo hujus Tabularii.

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo

„ se-

„ sexcentesimo quinto, Indictione tertia, die ultimo Mensis Apri-
„ lis. Rhodigii in Domo habitationis ipsius Reverendissimi D. Vi-
„ carii Generalis præsentibus testibus vocatis & rogatis RR. D.
„ Vincentino de Bellinis qm. D. Adriani Clerico Adriensis Diœcesis,
„ & Capellano Curato in Ecclesia Plebis Sancti Stephani Rhodi-
„ gii, & RR. D.D. Dominico Rondina qm Venturæ, & Bartho-
„ lomæo Balduino qm Nascimboni Clericis Adriensis Diœcesis, &
„ aliis &c.

„ Ibique Reverendiss. D. Hieronymus Bonifacius Archipresbyter
„ Rhodigii Illustrissimi, ac Reverendissimi Dom. Dom. Hieronymi
„ Com. Porciæ &c. Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi A-
„ driensis, & Sanctissimi in Christo Patris, ac Dom. nostri D.
„ Leonis Papæ XI., ejusdemque Sanctæ Sedis per superiorem Ger-
„ maniam cum facultate legati de Latere Nuntii Apostolici,
„ Vicarius Generalis &c. omni quo potuit meliori modo per des-
„ ponsationem Annuli aurei jure Feudi investivit multum Magnifi-
„ cum Dom. Davidem Levalorium Civem Ferrariensem Serenissimi
„ Principis, & Ducis ipsius Magistrum Computorum, & uti legiti-
„ mum Procuratorem Serenissimi & Excelsi Principis & D.D. Cæ-
„ saris Estensis Mutinæ & Regii Ducis &c. nati qm. Illustrissimi
„ & Excellentissimi D.D. Alphonsi filii qm. Invictissimi & num-
„ quam delendæ memoriæ D.D. Alphonsi hujus nominis primi Du-
„ cis Ferrariæ &c. de cujus Procura constat ex publico & authen-
„ tico Instrumento rogato per valde magnificum D. Franciscum
„ Mariam Panizzetum publicum Notarium Ferrariensem & Muti-
„ nensem Ducalisque Cameræ Mutinæ Cancellarium sub die 25.
„ Men-

„ Mensis Aprilis Anni currentis 1605. cum ejusdem subscriptione
„ ac signo Notariatus & legalitate Illustrissimorum D. D. Conserva-
„ torum Civitatis Mutinæ die 26. dicti Mensis Aprilis, sigillis eo-
„ rumdem in cera rubea impressione communito a me infrascripto
„ Notario viso & lecto, eidemque ad infrascripta omnia peragenda
„ optime inserviente, ibidem præsentem instantem, stipulantem, &
„ recipientem nomine ac vice præfati Serenissimi & Excelsi D. D.
„ Cæsaris Estensis ejusdemque filiorum, & descendentium masculo-
„ rum legitimorum & naturalium de omnibus & singulis & qui-
„ buscumque Juribus, & omni, & quacumque parte spectante &
„ pertinente ipsi Episcopatui Ecclesiæ Adriensis in communibus
„ Villæ Guardiæ Districtus Ferrariæ juxta suos quoscumque Confi-
„ nes, reservatis juribus Decimæ, de quibus investiti fuerunt D.
„ Marcus Brunus & Fratres ab Anguillis, & Juribus quibuscumque
„ quorumcumque aliorum jus habentium in eis bonis. De quibus
„ Juribus sic ut supra concessis investitus fuit a dicto Episcopatu
„ præfatus Serenissimus D. D. Cæsar Feudatarius ex Instrumento
„ Investitionis rogato per olim magnificum D. Lucam de Zannino
„ Notarium Ferrariæ anno 1589. die Decimo Mensis Septembris,
„ a me Notario infrascripto viso & lecto, & de mandato præfati
„ Reverendissimi D. Vicarii Generalis ad perpetuam memoriam
„ in præsenti Catastro ad Cartas 63. registrato. Et investivit præ-
„ fatus Reverendissimus D. Vicarius Generalis prædictum magnifi-
„ cum Dom. Davidem nomine & vice præfati Serenissimi D. D.
„ Cæsaris feudatarii ejusdemque filiorum & ut supra de juribus
„ supradictis cum introitibus & exitibus suis suisque certis, & ju-

„ stis

„ stis finibus & cohærentiis, & cum omnibus & singulis ad jura ut
„ supra concessa spectantibus, & pertinentibus, & cum facultate
„ sua propria auctoritate intrandi, standi, & apprehendendi tenu-
„ tam & corporalem possessionem dictorum jurium ut supra conces-
„ sorum nomine ejus Celsitudinis, & ut supra ad habendum, tenen-
„ dum, possidendum, & alia faciendum & consequendum nomini-
„ bus quibuscumqne taliter investitis permittuntur & concessa sunt
„ &c & quæ jura ut supra concessa idem Procurator dixit, &
„ confessus fuit prefatum Dominum Pheudatarium tenere & possidere
„ pacifice & quiete & ea fore & esse juris & de jure dicti Epis-
„ copatus &c. & pro Pheudo & recognitione dictorum jurium ut
„ supra concessorum dictus Dominus David Procurator & Procura-
„ torio nomine præfati Serenissimi Domini Pheudatarii obligando
„ eumdem ejusdemque omnia & singula bona præsentia & futura
„ per se & suos Hæredes solemni stipulatione promisit præfato
„ Reverendissimo Domino Vicario Generali stipulanti & acceptan-
„ ti pro præfato Illustrissimo & Reverendissimo D. Episcopo ejus-
„ que in dicto Episcopatu successoribus eidem Illustrissimo & Reve-
„ dissimo D. Episcopo suisque ut supra omni singulo anno dare &
„ tradere in Festo Nativitatis Dominicæ unum Canem venaticum,
„ seu Brachum, quem dare debebat juxta formam aliarum Investi-
„ turarum antiquarum, & hanc promissionem fecit idem Procurator,
„ ut supra, sub pæna dupli, &c., & quæ sic ut supra concessa præfa-
„ tus Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis, obligando bona
„ dicti Episcopatus omnia & singula præsentia & futura solemni
„ stipulatione promisit dicto magnifico Procuratori, ut supra, acce-
„ ptan-

„ ptanti legitime perpetuo autorizare, defendere, & disbrigare
„ in judicio & extra ab omni persona, Communi, Collegio, & U-
„ niversitate omnibus ipsius Episcopatus judiciis, periculis, & ex-
„ pensis quantum fuerit, & sit pro prædicti Illustrissimi & Reve-
„ rendissimi Domini Episcopi facto proprio & non aliter &c. Ulte-
„ rius idem Reverendissimus D. Vicarius Generalis nomine præfati
„ Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi absolvit & omni-
„ no liberavit dictum Serenissimum D. Pheudatarium ejusdem Do-
„ mino Procuratore præsente, & ut supra stipulante ab omnibus
„ censibus & recognitionibus decursis, & a Laudemio)seu Capsol-
„ do ex causa præsentis investitionis debito, finemque & absolutio-
„ nem & remissionem ejus Celsitudini fecit cum pacto perpetuo
„ de ulterius aliquid non petendo, quia de eis omnibus se dicto
„ nomine contentum vocavit sibique satisfactum esse, & esse vel-
„ le, dixit, voluit, & declaravit. Et qui magnificus D. David
„ Procurator antedictus vigore sui Mandati Procuræ prædicti ad
„ delationem præfati Reverendissimi D. Vicarii Generalis & in
„ ejus manibus manuque corporaliter tactis Scripturis ad Sancta
„ Dei Evangelia juravit in animam præfati Serenissimi Domini
„ Pheudatarii, & jurando promisit quod ipse Serenissimus Pheuda-
„ tarius & sui, ut supra, erit fidelis, eruntve fideles dicto Illustris-
„ simo & Reverendissimo Domino Episcopo & suis in eo successo-
„ ribus canonice instantibus & dicto Episcopatui, & promisit fideli-
„ tatem in omnibus & per omnia prout in capitulo fidelitatis E-
„ piscopatus Adriensis inferius continetur. Quæ omnia & singula
„ in præsenti Instrumento contenta suprascriptæ partes, videlicet

„ præfatus Reverendiſſimus Dominus Vicarius Generalis & magni-
„ ficus Dom. Procurator, ut ſupra agentes, & obligantes ſolemni
„ obligatione promiſerunt ſibi invicem, & viciſſim ſtipulantibus &
„ recipientibus, ut ſupra firma, rata, & grata perpetuo habere,
„ tenere, attendere, & obſervare, in aliquo non contrafacere, dice-
„ re, opponere, contravenire per ſe vel alium, modo aliquo, ratio-
„ ne, vel cauſa, de jure vel de facto ſub hipotheca & obligatio-
„ ne bonorum Epiſcopatus & Sereniſſimi Pheudatarii, & ut ſupra,
„ & qualibet alia juris & facti renuntiatione ad hæc neceſſaria
„ pariter & cautela.

„ Ego Iſidorus Locatellus fil. qm̃ Dom̃. Gaſparis Imperiali au-
„ ctoritate Notarius publicus Rhodigii Coadjutor Cancellariæ Cu-
„ riæ Epiſcopalis Adrienſis ſupradictis omnibus & ſingulis præſens
„ fui eaque rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi, & in fidem me
„ ſubſcripſi, ac ſolito mei Tabelloniatus ſigno munivi ac roboravi.
„ D. O. M.

Supradictus Antiſtes anno 1606. circiter creatus fuit a *Paulo* Papa V. Prælatus Domeſticus, ac Epiſcopus Pontificio ſolio Aſſiſtens. Commoratus eſt *Hieronymus* in Germania Superiori cum omnimoda facultate ſupradicta uſque ad annum 1608., in quo ad Eccleſiam ſibi creditam reverſus, pietatis operibus urgendis egregie accenſus, conſecravit die 26. Maii, quæ fuit ſecunda Pentecoſtes anni prædicti, Eccleſiam Parochialem Beatæ *Mariæ* de Villanova Marchioniſſa ſuæ Diœceſis in Ducatu Ferrariæ, ut habetur ex Epigraphe poſita ſuper janua laterali ejuſdem Eccleſiæ. In Palatio vero Epiſcopatus Rhodigii multa reſtauravit, atque Atrium ſuperius a fundamentis con-

„ ſtru-

ſtruxit, ſicut ex ſequenti memoria in marmoreo lapide inciſa, atque cum ſtemmate gentilitio poſita in fronte ejuſdem Palatii colligimus:

Hieronymus Comes Portiæ Epiſc. Adriæ
A fundamentis erexit Anno Domini
M D C V I I I.

Inſuper conſecravit anno 1610. Altare Sancti *Auguſtini* in Oratorio Virginum Eremitarum S. Joſeph Venetiis die vigeſima quarta Januarii, cujus rei teſtis eſt hæc Inſcriptio ibidem in marmore inſculpta, & nobis a laudato viro *Joanne Dominico* Colletio tranſmiſſa.

Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dom. Franciſcus Vendrameno Patriarcha Venetiarum Dalmatiæq. Primas, &c. Conceſſit licentiam Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Dom. Hieronymo Comiti Purliliarum, & Epiſcopo Adriæ conſecrandi Altare in Oratorio Eremitarum SS. Hermagoræ & Fortunati, tempore Prioriſſæ R. D. Joannæ Abaſſo, & R. D. Eliſabeth a Vidua ejus Vicariæ, præſentibus Teſtibus D. Pompeo Tagliapetra Plebano D. Felicis Can. D. M., Arch. S. Lucæ Eremitarum Confeſſario, & D. Antonio Palantio Clerico Veneto, Canonico Rhodigino ſub Sereniſſimo Principe Leonardo Donato. Anno Dñi M D C X. Menſ. Jan. die XXIIII.

Huic Eccleſiæ Adrienſi *Hieronymus* per annos treſdecim ſumma cum laude, utiliterque præfuit. Vixit annos 92., menſes X., & Portiæ de vita migravit non ſine populorum lacrymis X. Kalend. Septembris, & ibi tumulatus fuit in Parochiali Eccleſia Sancti *Georgii* in Choro, ſicut nos certiores fecit Nobilis, atque Egregius Vir Æneas de Comitibus Purliliarum, apud quem ejus Teſtamentum e-

tiam existit,, datum, & actum 1612. , Indictione X. die vero ,, Mercurii 22. Mensis Augusti in Burgo Purliliarum publicatum in ,, thalamo Domus, ubi obdormivit in Domino. ,,

De eodem Episcopo reperitur apud Comites laudatos Elogium seu Epitaphium ,, quod est hujusmodi :

Hieronymo. Portiæ. Comiti. Adriensi. Episcopo. apud. Gallos. in. magna. Parisiensi. obsidione. Imperat. Rodulphum. in. Comitiis. Ratisbonæ. Imperialibus. Archiduces. Austriæ. Bavariæ. Duces. , & omnes. fere. alios. Germaniæ. Principes. Sixti. V., Clementis. VIII. Pauli. V. Pontificum. Maximorum. Mandato. nomine. Pro. Christianæ. Reip. Beneficio. Gloria. summa. cum. Fide., Prudentia., Pietate. , Annis. XVII. Legato. defatigato. Et. in. terris. quietem. &. præmia. spectanti. in. cœlis. obtinuit. XI. Kalend. Septemb. CIƆIƆCXII. Tantorum. facinorum. Magnitudinem. non. marmorum. lingua. silet. , sed. gloria. prædicat.

LXIV.

LUDOVICUS Saregus ex Comite *Federico* Nobili Veronensi natus post varias Pontificiæ ditionis Civitates optime rectas; fuit enim Fori Cornelii Gubernator sub *Clemente* PP. VIII. Spoleti, inde Camerini, & Umbriæ Prolegatus factus, nec non in Urbe utriusque Signaturæ Referendarius; ex Liberianæ Basilicæ Vicariatu ad Infulam Adriensem a *Paulo* PP. V. est promotus die 3. Septembris 1612. pro ut ex Actis servatis in hac Curia Episcopali Rhodigii eruitur. Saregi faustam Episcopalem Sedem albo lapillo honoris causa, sequen-

quenti Inſcriptione notavit Clariſſimus vir *Franciſcus* Pola Veronenſis in ſuo Inſcriptionum libro, quem *Aloyſius* Novarinus Clericus Regularis publici juris fecit pro coronide Opuſculorum ſuorum lib.

Ludovice. Saregi. natalibus. doctrina. divitiis. virtutibuſque. omni clariore. inluſtris. inluſtris. tibi. evax. tibi. &. propter. te. genti. tuæ. patriæ. tuæ. Urbique. &. orbi. Veneranti. voce. &. gratanti. gratulor. ſero. ſerio. gratulor. quod. aliquando. tandem. Pontifex. Adrianus. declaratus. es. meritiſſimo. major. jam. huic. proximat. aliquando. ſperant. augurantur. præſagiunt. mortales. omnes. boni. Franc. Pola. Domino. &. Patrono. Qui. mihi. ſunt. maximus.

Pridie. Kalend. Novemb. M D C X I I.

Treſdecim hic Antiſtes annos huic præfuit Eccleſiæ, tametſi ut plurimum abſens fuerit; legationibus quippe in Rhætia cum poteſtate Legati a Latere, atque graviſſimis explicandis negotiis impeditus, Romæ, ubi etiam Signaturæ Præfectus, vel ubi opus foret, commorabatur. Ita Ughellius, & ex eo *Scipio* Maphejus. Itaque eo munere ſe exſolvit ſolummodo anno 1623., minime vero 1622., ut perperam inquit Sylveſtrius. Manifeſte id nos docet ſequens Documentum aſſervatum in Libro T. pag. 76. hujus Archivi anno prædicto 1623. die 26. Menſis Aprilis, quod damus.

„ In Chriſti nomine Amen. Anno ab ejuſdem nativitate Milleſimo
„ ſexcenteſimo vigeſimo tertio, Indictione ſexta Pontificatus SSmi
„ in Criſto Patris & Dom. noſtri D. Gregorii divina Providentia
„ Papæ XV., anno ejus tertio, die vero vigeſimo ſexto Menſis Apri-

„ lis

„ lis, Ferrariæ in Ædibus Illustrissimæ D. Marchionissæ Virginiæ positis in contrata S. Benedicti sub Parochia Sancti Romani præsentibus testibus vocatis, rogatis, & adhibitis, videlicet Illustri, & Excellentissimo Jur. utriusque Doctore D. Alphonso nato ex olim Illustri D. Fabio de Buldrinis Ferrarien., multo admodum Domino Joanne Francisco nato ex M. R. D. Joanne Baptista de Aventis cive & Campsore Ferrariæ de Parochia S. Romani prædicta, & aliis.

„ Illustris & excellens D. D. Flaminius Sinibaldus J. U. D.r, Proth. Apostolicus, & in hac parte Procurator, & uti Procurator & eo nomine ad infrascripta, & alia specialiter constitutus ab Illustrissimo & Reverendissimo Dom. Co: Lodovico Saregho Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Adriensis Ecclesiæ Episcopo, & uti Episcopo antedicto in & per modum de quo, & ut latius constat ex Instrumento hujusmodi Constitutionis rogato per me Notarium infrascriptum die vigesimo Mensis Novembris anni lapsi 1621. ibidem præsens, principalis & principaliter in se ipso, agensque ejus nomine proprio & tamquam Procurator antedictus volens, & omnino intendens obtemperare, & observare gratias, & privilegia ultimo loco per SSmūm olim in Christo Patrem & Dominum Dominum olim D. Paulum divina Providentia olim Papam quintum Civitati, Populo, & legationi Ferrariensi, de quibus, & ut in litteris Apostolicis expeditur sub datæ Romanæ apud Sanctam Mariam Majorem die decimo nono Mensis Augusti anni lapsi 1619. sequensque formam, & seriem DD: litterarum Apostolicarum nec non & veterum Inve-

„ stitu-

„ ſtiturarum pro infraſcriptis juribus diverſis Perſonis conceſſarum
„ & præſertim inveſtitionis ultimo loco per præfatum Illuſtriſſi-
„ mum, & Reverendiſſimum Dom. Epiſcopum factæ & conceſſæ
„ Illuſtriſſimo D. Marchioni Cæſari Turchio fel. recordat. rogatæ
„ per me Notarium infraſcriptum die decimo Menſis Novembris
„ anni prædicti lapſi 1621., & ab eis non recedendo, proteſtatione
„ tamen prius per eum præmiſſa, quod de ſuo proprio in aliquo
„ minime teneatur, quam proteſtationem in principio, medio, &
„ fine, & qualibet parte hujus præſentis Inſtrumenri pro repetita
„ haberi voluit & proteſtatus fuit, & proteſtatur, omnibus meliori
„ modo, via, jure, forma, ratione, & cauſa, quibus magis, me-
„ lius, validius, & efficacius de jure potuit, ac debuit, poteſtque,
„ & debet, eidemque licuit, & licet, inhærendoque ſemper ipſis
„ litteris Apoſtolicis, nec non, & veteribus inveſtitionibus ut ſu-
„ pra conceſſis, ac per debita contra executione, cum uno annulo
„ aureo, quem ſua tenebat in manu & per illius deſponſationem
„ in digitos infraſcriptorum illuſtriſſimorum DD., & cujuslibet con-
„ tra reſpective factæ Jure Feudi ab Episcopatu prædicto inveſti-
„ vit Illuſtriſſimam Dominam Marchioniſſam Virginiam natam ex
„ Illuſtriſſimo olim Domino Marchione Alphonſo de Turchis, uxo-
„ rem Illuſtriſſimi Domini Marchionis Franciſci de Bevilaquis no-
„ bilis Ferrarienſis de contrata & ſub Parecia prædicta;
„ hæredemque, & uti hæredem pro ejus portione ab inteſtato præ-
„ fati Illuſtriſſimi Domini Marchionis Cæſaris Turchii, ipſius D.
„ Marchioniſſæ fratris germani, ultimo loco abſque filiis & de-
„ ſcendentibus legitimis & naturalibus menſibus elapſis defuncti.

„ Et

„ Et Illustrissimum & Excellentissimum D. Marchionem Entium
„ natum ex Illustrissimo D. Marchione Cornelio de Bentivolis feli-
„ cis recordationis nob. Ferrariensis de contrata Baccanalium sub
„ Parochia S. Nicolai tam ejus nomine proprio, uti, & tam-
„ quam cessonarium & Jura cessa habentem in omnibus & quibus-
„ cumque Bonis, & juribus Illustrissimæ D. Marchionissæ Annæ
„ Strotiæ de Bentivolis nurus in & per modum de quo, & ut
„ constare debet ex Instrumento hujusmodi cessionis rogato per ma-
„ num D. Albertum Nigrinum Notarium publicum Ferrariæ, tempo-
„ re quo in eo, quam etiam nomine, & vice, ac pro prædicta Illu-
„ strissima D. Marchionissa Anna, uti, & tamquam hærede pro il-
„ lius portione itidem ab intestato D. Illustrissimi D. Marchionis
„ Cæsaris Turchii illius avunculi, mediante persona Illustrissimæ
„ olim D. Catherinæ Turchii de Strotiis ipsius D. Marchionissæ
„ Matris, ac dicti Dom. Marchionis Cæsaris Sororis ut supra ulti-
„ mo loco defuncti, & eorum quemlibet ibidem præsentes, stipu-
„ lantes, & recipientes pro se ipsis, & eorum quolibet respective
„ ac pro eorum & cujuslibet eorum filiis masculis tam legitimis
„ & naturalibus, quam naturalibus tantum, omni ablata & non
„ attenta genitalium macula quoad successionem contentorum in præ-
„ sentibus investitionibus Instrumentorum, & pro illorum, & cujus-
„ libet eorum, ut supra, quibuscumque descendentibus masculis
„ tantum, donec aliquis ex descendentibus masculis superextiterit,
„ quibus deficientibus filiæ feminæ & descendentes feminæ ab ip-
„ sis Illustrissimis DD. Investitis, & eorum quolibet, seu illorum,
„ & cujuslibet eorum quibuscumque filiis masculis originem per li-

neam

„ neam trahentes, & ducentes uſque in infinitum ad ſucceſſionem
„ admittantur, & pro inveſtitis, & in præſenti Inveſtitione com-
„ prehenſis habeantur & ſint, quibus filiis maſculis deficientibus
„ nullus filius, nec filia, nec deſcendens DD. Mulierum, vel cu-
„ juslibet eorum ad prædicta, & infraſcripta admittatur, nec in
„ præſenti Inveſtitione comprehendatur, nec comprehenſus intelli-
„ gatur, ſed pleno jure dicto caſu adveniente Decima infraſcripta
„ ad ipſum Epiſcopatum devolvatur, & devoluta eſſe intelligatur
„ & in omnibus & per omnia juxta formam, & ſeriem dictæ an-
„ tiquæ Inveſtitionis rogatæ per me jam dictum & infraſcriptum
„ notarium tempore ſupradicto, dum tamen non repugnet, nec ſit
„ contraria præſentibus litteris Apoſtolicis, ut ſupra expeditis, & non
„ alias aliter, nec alio modo.

„ De emolumento tertiæ partis totius Decimæ, & juris deci-
„ mandi, & habendi, colligendi, & percipiendi fructus & fruges
„ decimales provenientes ex prædiis, agris, petiis terrarum, poſ-
„ ſeſſionibus veteribus, ac etiam novalibus præſentibus & futuris
„ quomodocumque in Villa ſeu terra Adriani Diæceſis Adrienſis
„ ac ejus pertinentiis, ſitis poſitis & extantibus tam ultra quam
„ citra Padum &c. De qua quidem tertia parte decimæ, & ſuo
„ emolumento, ac jure decimandi prædicto alias ſimili modo, ju-
„ re, forma, & verbis præciſis quibus ſupra inveſtitus fuit prefa-
„ tus Illuſtriſſimus D. Marchio Cæſar de Turchiis a prædicto Epiſ-
„ copatu in Inſtrumento hujuſmodi inveſtitionis rogato per me no-
„ tarium infraſcriptum tempore ſupradicto.

„ Et quæ tertia pars decimæ, & ſui emolumentum, Jus redeci-

„ mandi prædictum postea pervenit ad manus supradictorum Illu„ strissimorum DD., & cujuslibet eorum, & per eos & eorum „ quemlibet de præsenti tenetur, & alias quasi possidetur virtute „ & vigore ac in executione successionis ab intestato in bonis, & „ hæreditate præfati Illustrissimi D. Marchionis Cæsaris ut supra abs„ que filiis, & descendentibus defuncti, respectu DD. Illustrissi„ marum DD. Marchionissæ Virginiæ & Marchionissæ Annæ, & „ respectu D. Illustrissimi D. Marchionis Entii virtute, & vigore „ cessionis prædictæ, ut supra rogatæ.

„ De qua quidem tertia parte Decimæ & sui emolumento jure„ ve decimandi prædicto ut supra concessa, & concesso præfatus „ illustris & valde Reverendus D. Flaminius Sinibaldus Procurator „ antedictus ut supra agens investivit præfatas Illustrissimas DD. „ Marchionissam, & D. Marchionem Entium & eorum quemlibet „ nominibus, de quibus, & ut supra acceptantes uti, & tamquam „ de bonis devolutis, & decadutis ad dictum Episcopatum Adrien„ sem, illiusque Mensam ob lineam ejusdem D. Marchionis Cæsa„ ris ultimo loco defuncti finitam, aliisque etiam pluribus visis „ & rationabilibus causis illius animum merito moventibus; & „ quam tertiam partem Decimæ emolumentumve, & sui Jus deci„ mandi prædictum &c. ut supra concessam, & concessum idem „ Illustris & valde R. D. Flaminius Sinibaldus Procurator antedi„ ctus ut supra agens iterum & de novo devolutam & decadutam, „ devolutumve, & decadutum ad dictum Episcopatum, ac illius „ mensam pronuntiavit & declaravit omni quo potuit, & potest „ meliori modo, ad commodum tamen favorem & utilitatem eo-

„ rum-

„ rumdemet Illustrissimorum D D. Investitorum, & cujuslibet eo-
„ rum &c. Et investivit D. Illustris & D. R. D. Flaminius Sini-
„ baldus Procurator antedictus. Quam rem ut supra concessam di-
„ ctus illustris & valde R. D. Sinibaldus &c. Insuper præfati Il-
„ lustriss. DD. Investiti & unusquisque eorum nominibus &c.

„ Et pro Feudo & annua recognitione dictæ rei ut supra con-
„ cessæ prefati illustrissima D. Marchionissa Virginia uti, & tam-
„ quam hæres antedicta, nec non & præfatus Illustrissimus D.
„ Marchio Entius nominibus, de quibus, & ut supra agentes &
„ obligantes semetipsas, & eorum quemlibet, ac omnia & singula
„ eorum, & cujuslibet eorum bona præsentia & futura per seme-
„ tipsas, & eorum quemlibet, ac eorum, & cujuslibet eorum hæ-
„ redes, omni quo potuerunt, & possunt meliori modo, solemni
„ stipulatione promiserunt, & convenerunt D. Illustri & valde R.
„ D. Flaminio Sinibaldo Procuratori antedicto præsenti, stipulanti,
„ & recipienti pro prædicto Illustrissimo & Reverendiss. Dño E-
„ piscopo ac illius Episcopatu prædicto & successoribus suis in eo
„ eidem vel suis ut supra, aut ejus vel eorum legitimis agentibus,
„ & Procuratoribus dare, tradere, & cum effectu consignare omni
„ & singulo anno in Festo S. Michaelis de Mense Septembris li-
„ bras duas Candelarum Ceræ novæ sub pæna dupli dicti Feudi
„ juxta formam & tenorem DD. Litterarum Apostolicarum, nec
„ non & veterum Investiturarum prædictarum, incipiendo facere
„ primam solutionem dicti annui Feudi, ut supra conventi in fe-
„ sto prædicto S. Michaelis proxime futuro hujus præsentis anni
„ 1623. omnibus & quibuscumque tam juris, & facti, quam etiam

„ difficultatis & impossibilitatis exceptionibus prorsus & omnino re-
„ motis, & cessantibus &c.

„ Ego Curtius Paccaronus notar. rogatus, &c.

„ Ego Ignatius filius olim D. Francisci de Bursetis Civis, &
„ Apostolica Imperialique auctoritatibus Notarius publicus Ferra-
„ rien. ac primus Illustrissimæ Communitatis Ferrariæ, uti ille pænes
„ quem extant protocola Instrumentorum, rogatus per olim D. Cur-
„ tium Paccaronum jam publicum Ferrariæ notarium attestor su-
„ pradictam Instrumenti copiam fuisse per manum mihi fidam tran-
„ scriptam, & exemplatam e suo originali rogato per supradictum
„ D. Paccaronum prout in eo jacet &c.

Romæ decessit Saregus anno 1625., sepultusque est apud Sanctam *Mariam* Majorem, ubi vita functo cum hac Inscriptione nobile monumentum erectum fuit.

Ludovico Sarego Veronensi Adriæ Episcopo non genere magis quam virtutum & doctrinæ luce claro, qui Romana in Aula primum utriusque Signaturæ Referendarius, & hujusce Basilicæ Vicarius, mox Episcopatum adeptus, diu apud Helvetios Nuncius Pontificius, in Aulam demum reversus, Signaturæ Justitiæ Præfectus fuit. Quibus muneribus egregie functus omnibus etiam ordinibus ob suaves mores peræque clarus, obiit non. Augusti M. D C. XXV. annum agens LXVII. Oct. Bandinus, Joann. Baptista Millinius, Laurentius Magalottus S. R. E. Cardinales, Vulpius Vulpianus Archiepisc. Theatinus Testamenti executores.

P P.

LXV.

LXV.

UBERTINUS Papafava Patavinus Vir Patritius ex *Ruberto* Equite natus anno 1577. Sarego avunculo successit, cum esset Ecclesiæ Patavinæ Canonicus Theologalis, & Abbas Sancti *Nicolai* de Sebenico anno 1623. A Marco Cornelio Episcopo Patavino in Ecclesia Patavii principe inauguratus, die 28. Aprilis Anni 1624. Adriensis Episcopatus solemni ritu iniit possessionem. Anno autem 1625. sub eodem Antistite Templum D. *Bartholomæo* Apostolo Pepotiarum Diœcesis Adriensis in Ducatu Ferrariæ dicatum a fundamentis fuit erectum. Regio iste Præsul animo fuit ac eximia in rebus gerendis industria præditus, atque adeo Germanorum Principum maximeque Ducis Bavariæ gratiam est assecutus; effusæ in omnes, sed præcipue in viros industrios liberalitatis.

Anno 1627. die trigesima prima Maii celebravit *Ubertinus* Diœcesanam Synodum in Ecclesia Collegiata Sancti *Stephani* P. & M. de Rhodigio, ubi etiam Constitutiones Synodi ejusdem die prima Junii dicti anni promulgavit, & ut in omnium conspectu semper essent saluberrimæ prædictæ Constitutiones, etiam typis Rhodigii anno 1628. imprimendas curavit, in quibus ea præcipue, quæ ad fidei conservationem, & augmentum, morumque correctionem, ad male vivendi licentiam tollendam, & ad virtutem amplectendam, profutura esse judicavit, explicantur. Fato functus est in prædicta Civitate anno 1631. die 9. Octobris; jussitque Corpus suum sepeliri in Oppido Agnæ antiquo gentis Carrariæ, sed Patavii in Cathedrali Ecclesia, & in majorum Sepulcro jacet. De hoc Præsule in

Ec-

Ecclesia Sancti *Francisci* Patavii in Sacello Sancti Didaci sequens extat honoraria Inscriptio.

Ubertino Papafavæ Episcopo Adriensi
Abbati Sebinici, Bonifatius Eques Redemptoris mæstiss. Fratri posuit anno Salutis.
MDCXXXVI. Obiit anno MDCXXXI.
IX. Octobris Ætatis suæ LII. M. V.
in Civitate Rhodigii.

LXVI.

GERMANICUS Mantica Utinensis Patritius, Francisci Manticæ S. R. E. Cardinalis, & in Patavina Universitate olim Pub. Prof. nepos ex Fratre; vir recondita doctrina, variaque litteratura ornatus, e Gubernio Campaniæ & Episcopatu Famagustæ ab *Urbano* VIII. Pontifice Maximo Mense Augusti anni 1632. ad Episcopatum Adriensem translatus est. Solemniter Civitatem Adriæ die decimo quarto Maii anni 1633. adiit *Germanicus*. Sex circiter annos sibi creditæ Ecclesiæ valde prudenter, pie, sancteque præfuit; & excessit e vivis non in Patria, ut perperam aliqui asseruerunt, sed Carpii anno 1639., prout ex authenticis Documentis asservatis in Tabulario Capituli Cathedralis Adriæ indubitanter colligimus.

LXVII.

JOANNES PAULUS Savio Venetus creatus est Episcopus Sebenicensis; deinde anno 1628. ad Ecclesiam Feltriensem translatus;

tus; denique ab *Urbano* VIII. anno 1639. die 19. Decembris electus est Episcopus Adriensis. Possessionem solemni pompa iniit Adriæ die 23. Mensis Martii anno 1640., Indictione VIII. In predicto anno die 29. Maii in Sacra Cathedralis Adriæ Visitatione *Joannes Paulus* pro Decreti executione Sacrosancti Concilii Tridentini Sacram Pænitentiariam in eadem Ecclesia instituit, eamque perpetuo Archipresbyteratui prædictæ Ecclesiæ univit. Hujus institutionis Decretum extat in Episcopali Cancellaria Adriæ, quod est hujusmodi.

„ Joannes Paulus Savius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episco-„ pus Adriensis.

„ Pænitentiariam in Ecclesia nostra Cathedrali erigere volentes „ pro debita executione Decreti Sacr. Concilii Tridentini & SSmi „ Dom. Nostri Dom. Urbani Papæ VIII., de quo & pro ut in Litte-„ ris Apostolicis nostræ provisionis dictæ Ecclesiæ Adriensis expedi-„ tis sub plumbo sub data Romæ die 19. Decembris 1639., ad „ quas relatio habeatur, verificatis verificandis, & consideratis con-„ siderandis, & præsertim qualitate & tenuitate Præbendarum, & „ Canonicatuum Ecclesiæ Adriensis, ac servatis servandis in Visita-„ tione ejusdem Ecclesiæ Adriensis, ex facultate Nobis quomodolibet „ de jure, & præsertim ex dispositione Sacri Tridentini Concilii, & „ ex prædictis litteris Apostolicis competente, in Nomine Patris, „ & Filii, & Spiritus Sancti Pænitentiariam in dicta Ecclesia Ca-„ thedrali tenore præsentium erigimus, & erectam esse, & haberi „ volumus, & declaramus in omnibus, & per omnia juxta dispo-„ sitionem ejusdem Sacri Concilii Tridentini, ac justis & rationa-„ bilibus ex causis animum nostrum moventibus eamdem Pæniten-

„ tia-

„ tiariam perpetuo annectendam & uniendam duximus, pro ut an-
„ nectimus & unimus Archipresbyteratui præfatæ Cathedralis, qui
„ eſt ibidem prima dignitas poſt Pontificalem, decernentes, & de-
„ clarantes, quod modernus Archipresbyter qui eſt perilluſtris, &
„ admodum Reverendus Dom. Antonius Maria Bocchi Prothonota-
„ rius Apoſtolicus (qui ſic aſſerit, & acceptavit) & ejus pro tem-
„ pore in dicto Archipræsbyteratu Succeſſores ſimul ſit, & ſint reſ-
„ pective etiam Pænitentiarius, & Penitentiarii cum facultatibus,
„ & prærogativis, de quibus, & pro ut in Decreto ejuſdem Sacr.
„ Trident. Concilii, ad quod relatio habeatur, ita ut ſemper a
„ die præſenti poſthac ille qui fuerit prædictæ Eccleſiæ Archipres-
„ biter, ſit etiam, & intelligatur Pænitentiarius, & pro tali ab
„ omnibus nominetur, & habeatur, pro ut in quibuſdam aliis Ec-
„ cleſiis Cathedralibus obſervatur, & ita dicimus, decernimus, &
„ declaramus omni meliori modo. In quorum fidem &c.

„ Datum Adriæ in Eccleſia Cathedrali die 29. Maii 1640. in
„ Viſitatione.

„ Joannes Cambrutius Cancell. Epiſcopalis Adriæ.

Eodem iterum anno, & ſub iiſdem Menſe & die hic Antiſtes inhærens Tridentinæ Sinodi Decreto in prædicta Sacra Viſitatione Theologalem pariter inſtituit in prælaudata Cathedrali, eamque unire decrevit, atque perpetuis futuris temporibus ſemper unitam eſſe manſuram primæ ex antiquioribus Præbendis Canonicalibus, quæ immediate poſt Archipresbyteralem occurrit in dicta Cathedrali Eccleſia. Hoc itidem Decretum in Chartis Cancellariæ Epiſcopalis Adrienſis habetur, quod eſt infra:

Jo;

„ Jo: Paulus Savius Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus A-
„ driensis.

„ Theologalem in Ecclesia nostra Cathedrali erigere volentes pro
„ debita executione Decreti Sacri Tridentini Concilii, & Sanctis-
„ simi Dom. Nostri Dom. Urbani Papæ VIII. de quo, & pro ut
„ in litteris Apostolicis nostræ provisionis de Ecclesia Adriensi expe-
„ ditis sub plumbo sub data Romæ die 19. Decembris 1639., ad
„ quas relatio habeatur, verificatis verificandis, & consideratis conside-
„ randis, & præsertim qualitate, & tenuitate Præbendarum, & Cano-
„ nicatuum Ecclesiæ Adriensis, ac servatis servandis in Visitatione ejus-
„ dem Ecclesiæ Adriensis, & facultate Nobis quomodolibet de ju-
„ re, & præsertim ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, & ex
„ prædictis Litteris Apostolicis competente, In nomine Patris, & Fi-
„ lii, & Spiritus Sancti Theologalem in dicta Ecclesia Cathedrali
„ tenore præsentium erigimus, & erectam esse, & haberi volumus
„ & declaramus in omnibus & per omnia juxta dispositionem ejus-
„ dem Sacri Tridentini Concilii, ad quam relatio habeatur, ac
„ justis & rationabilibus ex causis animum nostrum moventibus pro
„ Canonico Theologo a die præsenti post hac in perpetuum sit, &
„ intelligatur deputata prima Præbenda ex numero sex Præbenda-
„ rum æqualium (quarum una obtinetur ab Archipresbytero pro
„ tempore existente, aliæ vero quinque a quinque Canonicis antiquiori-
„ bus) quæ prima vice vacabit postquam penultimus Canonicus de præ-
„ senti vivens optaverit juxta antiquam, & hactenus inviolabiliter
„ observatam ejusdem Ecclesiæ consuetudinem, cui nullatenus in-
„ tendimus derogare, immo volumus, & expresse declaramus eam

„ ſemper fore, & eſſe ſalvam quantum ad perſonam prædicti pe-
„ nultimi Canonici pro prædicta prima Præbenda vacatura, &
„ quantum ad alios Canonicos (qui de cætero pro tempore Cano-
„ nicatus obtinuerint reſpectu aliarum quatuor Præbendarum præ-
„ dictarum, ita ut excepta prædicta Præbenda Theologali pro
„ Theologo, ut diximus deſtinata) quilibet ipſorum poſſit optare
„ Præbendam ex numero quattuor prædictarum, quæ vacaverit jux-
„ ta ejuſdem Eccleſiæ conſuetudinem prædictam, & juſtis ex cauſis
„ animum noſtrum moventibus in Viſitatione ejuſdem Eccleſiæ Ca-
„ thedralis, & ex facultate Nobis quomodolibet de jure, & præ-
„ ſertim ex diſpoſitione ejuſdem Sac. Trident. Concil., & ex præ-
„ dictis Litteris Apoſtolicis competente, Admodum Reverendum D.
„ Alexandrum Bocchi Sacræ Theologiæ Doctorem (quem plene no-
„ vimus ſumme idoneum ad hujuſmodi officium juxta diſpoſitionem
„ ejuſdem Sacr. Trident. Concil. digne, utiliter, & fructuoſe exer-
„ cendum) nominamus, eligimus, deputamus, & declaramus (ipſo
„ etiam aſſentiente, & acceptante) Theologum cum facultatibus,
„ & prærogativis, de quibus, & pro ut in ejuſdem Sacr. Concil.
„ Trident. Decreto, ad quod relatio habeatur, & pro ut de jure
„ &c. Declarantes, quod ſi, & poſtquam vacaverit una ex dictis
„ quinque Præbendis (poſtquam tamen optaverit prædictus penul-
„ timus Canonicus, ut præmiſſum eſt) & ipſam prædictus D. A-
„ lexander Canonicus optaverit ſit & intelligatur perpetuo deputa-
„ ta pro Canonico Theologo juxta diſpoſitionem ejuſdem Sacr. Con-
„ cil. Trident., ita ut prædictus D. Alexander, & qui poſt ipſum
„ pro tempore electus fuerit Canonicus Theologus eam Præbendam

„ reſ-

„ respective semper obtineat; quod si etiam accideret ut Canonica-
„ tus prædicti D. Alexandri vacaret antequam veniret casus vaca-
„ tionis dictæ Præbendæ pro Theologo, ut supra diximus, deputa-
„ tæ volumus nihilominus, ut statim, ac modo supradicto, vel in-
„ frascripto vacaverit, sit ut supra deputata pro Canonico Theolo-
„ go, & ita declaramus ex nunc pro ut ex tunc &c. Quod si e-
„ venerit casus, ut penultimus Canonicatus vacaret, antequam ipse
„ penultimus Canonicus optaret unam ex prædictis Præbendis,
„ tunc, & eo casu præfatus D. Alexander Bocchi Canonicus possit
„ Præbendam primo vacantem (pro ut ex consuetudine Ecclesiæ
„ Adriensis sibi competit) statim optare, & ea pro Canonico
„ Theologo semper sit deputata juxta ejusdem Sacr. Concil. Trident.
„ dispositionem, & ita dicimus, decernimus, & declaramus omni
„ meliori modo &c.

„ Prædictus autem D. Alexander Canonicus, & ejus pro tempo-
„ re in dicto Canonicatu, & Præbenda Theologali Successores de-
„ beant legere in Cathedrali Ecclesia singulis diebus Dominicis an-
„ te Vesperas vulgari idiomate (ut facilius etiam Laici intelli-
„ gant) Theologiam moralem sumendo materiam occasione expli-
„ cationis, & declarationis alicujus loci Sacræ Scripturæ, & primo
„ incipiat prædictus Admodum Reverendus Dominus Canonicus
„ legere materiam de Sacramento Pænitentiæ.

„ Monemus autem omnes Ecclesiasticos, ut præfatis lectionibus
„ semper intersint, quando tamen legitimo non fuerint detenti impedi-
„ mento, secus a Nobis non admittentur, ii quidem qui ordinandi fu-
„ rint, ad examen pro audiendis Confessionibus, vel ad concursum

„ ad Beneficia Curata, & reservamus Nobis facultatem procedendi
„ ad alias pœnas contra Inobedientes, pro ut justum & rationabi-
„ le judicaverimus. In quorum fidem &c. Datum Adriæ in Eccle-
„ sia Cathedrali die 29. Maii 1640. In Visitatione.

„ Jo: Cambrutius Cancell. Episcopalis Adrien. M.

Cum vero Plebana Ecclesia olim Sancti *Martini*, ut vidimus, postea Sancti *Bellini* nuncupata Adriensis Diœcesis in meliorem formam a fundamentis fuisset restituta, *Joannes Paulus* concessit, permisitque prædicto anno 1640., die 25. Novembris secundam Translationem Corporis ejusdem Sancti *Bellini* in loco conspicuo, ubi etiam hodierna die existit. Ita ex Epigraphe ibi existente. Anno autem 1642. X. Kalend. Octobris cum Ecclesia Parochialis Sancti Andreæ Apostoli de Ponticulo Adriensis Diœcesis Territorii Rhodigii valde angusta ruinosaque esset, & ideo munificentia Excellentissimorum Dominorum Divi Marci Procuratorum fuisset refecta, ab eodem Pontifice fuit consecrata. Præterea sub ipsius regimine secuta fuit etiam restauratio Cathedralis Ecclesiæ Adriensis, nec non Consecratio ejusdem die 22. Maii anno 1644. Adest Inscriptio sub ipsius Præsulis Stemmate in navi antedictæ Ecclesiæ in parte Meridionali depicta, quæ est hujusmodi.

M D C XXXXIV. Die XXII. Maii
Joannes Paulus Savius Venetus Episcopus
Adriensis
Cathedralem Ecclesiam restauratam
Iterum consecravit

Et

Et die anniversaria Consecrationis Indulgentiam dierum quadraginta concessit.

Præterea anno 1646., die 16. Septembris etiam Plebanam Ecclesiam Sancti *Bartholomæi* Pepotiarum Adriensis Diœcesis in Ducatu Ferrariæ consecravit.

Anno vero 1649. auctoritate sua Episcopali Ecclesiam Sancti *Stephani* de Rhodigio restituit ad pristinum statum veræ Collegiatæ, in quo erat ante annum 1500., nec non successive concessit, decrevitque, quod servatis servandis pro prædicta Collegiata tunc duo Canonicatus restitui & reintegrari possint, sicut auctoritate sua Ordinaria ille restituit, & reintegravit cum omnibus emolumentis & obligationibus, de quibus, & pro ut in sequenti Decreto asservato Rhodigii in hujus Capituli Tabulario.

„ Joannes Paulus Savius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episco-
„ pus Adriensis.

„ Maxime justum & pium esse cognoscimus, & fatemur desiderium, & propositum magnificæ hujus Civitatis, ut præsens status Ecclesiæ Sancti Stephani Papæ & Martyris restitutione reintegretur, & reducatur ad pristinum maxime decorum statum veræ Collegiatæ, in quo erat ante annum 1500., ut clarissime patet ex pluribus antiquis, iisque authenticis libris & Scripturis respective existentibus tum in Archivio nostro, tum apud Admodum Reverendum Archipresbyterum dictæ Ecclesiæ, tum apud ipsam Magnificam Communitatem, a nobis visis, & lectis; & ideo mature consideratis omnibus considerandis, & iis præcipue, de quibus,

„ & pro

„ & pro ut in præcedenti Scriptura Nobis præsentata nomine ejus-
„ dem Magnificæ Civitatis a perillustribus, & excellentissimis DD.
„ J. U. Doctoribus Gaspare Cezza & Joanne Antonio Delaito Re-
„ gulatoribus, & a perillustribus DD. Alexandro Campo Equite,
„ & Annibale Minadois J. U. Doctoribus, Francisco ab Angelo,
„ Gaspare Bonifacio, & aliis, & præsertim considerato expresso,
„ & speciali beneficio Excellentissimi Senatus solita sua summa
„ pietate annuente, pro ut ex Ducalibus 1610.

„ Christi & Beatissimæ Mariæ Virginis, & Sancti Stephani Pa-
„ pæ & Martyris nominibus humiliter invocatis tenore præsentium
„ auctoritate nostra Episcopali decernimus, & declaramus prædi-
„ ctam Ecclesiam S. Stephani redigendam, & reintegrandam, &
„ restaurandam fore & esse ad pristinum statum veræ Collegiatæ,
„ in quo, ut diximus, erat ante ann. 1500., & ideo eidem Eccle-
„ siæ, & ejusdem Archipresbytero, & Canonicis præsentibus, &
„ futuris, & eorum Capitulo competere, & omni tempore com-
„ petituras omnes, & singulas prærogativas, facultates, quas post
„ Cathedralem Ecclesiam ejusdem Cathedralis Capitulum, & Ca-
„ nonicos, quovis tempore ante prædictum ann. 1500. habuerunt,
„ & nunc, & in futurum habere possint, & poterunt tam de ju-
„ re quam de consuetudine aliarum Collegiatarum, & quas præ-
„ sertim habent aliæ Collegiatæ in Serenissimo Veneto Dominio
„ existentes, Utini, & in Civitate Foro Julii Diæcesis Aquilejen-
„ sis, & in Diæcesibus Patavina, Tarvisina, Brixiensi, Cenetensi,
„ Bergomensi, & aliis: & successive concedimus, decernimus, &
„ declaramus, quod servatis servandis pro prædicta Collegiata San-

„ cti

„ cti Stephani nunc duo Canonicatus restitui, reintegrari, restau-
„ rari, erigi, constitui, & deputari possunt, pro ut illos tenore
„ præsentium auctoritate nostra Ordinaria restituimus, reintegra-
„ mus, restauramus, erigimus, constituimus, & deputamus, cum
„ omnibus, & singulis emolumentis, & obligationibus, de quibus
„ in deliberationibus Magnifici Concilii hujus Civitatis diei 9. No-
„ vembris 1649., & in Scriptura adm. Rdi D. Hieronymi Vene-
„ tii, & aliis Scripturis, de quibus, & pro ut in actis, ad quos
„ relatio habeatur; cum prædictis omnibus & singulis prærogativis,
„ & facultatibus; & quod magnificæ huic Civitati, ejusque ma-
„ gnifico Consilio nunc & pro tempore sit expresse reservatum
„ plenum jus præsentandi ad dictos duos Canonicatus nunc, &
„ quotiescumque eos vacare contigerit, Nobis, & Successoribus no-
„ stris personas habentes qualitates, & conditiones pro Canonica-
„ tibus Ecclesiæ vere Collegiatæ requisitas, ut a Nobis, & ab ejs-
„ dem Successoribus nostris toties quoties instituantur, & providean-
„ tur de prædictis Canonicatibus juxta formam semper in hac Diæ-
„ cesi, & ubique de jure, & de consuetudine servatam in quibus-
„ libet institutionibus, & confirmationibus de personis præsentatis
„ ad quælibet Beneficia simplicia, & quibus animarum cura non
„ est annexa.

„ Et quia clarissimum est, quod ex prædicta restauratione, &
„ reintegratione status dictæ Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Stephani
„ eveniet casus applicationis factæ ab olim perillustri, & Dom.
„ Rdo D. Paulo Rossio J. U D., & Archipresbytero dictæ Eccle-
„ siæ Sancti Stephani hujus Civitatis de Ducatis quadringentis in

„ Sacro

„ Sacro Monte hujus Civitatis ab eo depoſitatis pro diſtributioni-
„ bus Canonicorum prædictæ Eccleſiæ Collegiatæ, & pro ut la-
„ tius in actu diei 19. Octobris 1644. pro dicto depoſito, ad quem
„ actum relatio habeatur; ideo tenore præſentium ex eadem au-
„ ctoritate noſtra Epiſcopali ex nunc, pro ut ex tunc fructum qui
„ percipietur pro tempore ex prædictis Ducatis 400. (quando ſer-
„ vatis ſervandis fuerint inveſtiti) applicamus, & applicatos eſſe
„ volumus, & declaramus pro diſtributionibus Canonicorum prædi-
„ ctæ Collegiatæ, dividendis inter eos juxta noſtram Conſtitutio-
„ nem faciendam; & pro præmiſſorum omnium & ſingulorum,
„ quæ præſentibus noſtris conceſſimus, decrevimus & declaravimus
„ validitate, volumus hic intelligi, & haberi pro expreſſe incluſis
„ & ſpecificatis omnes, & ſingulas Clauſulas quomodolibet neceſ-
„ ſarias, & opportunas, eas etiam quæ ſpecialem, & individuam
„ requirerent expreſſionem, ita ac ſi de verbo ad verbum eſſent
„ inſertæ, & extenſæ. Et ita &c. Omni meliori modo &c.

„ Datum Rhodigii in Palatio noſtro die 18. Decembris 1649.

„ (*Joannes Paulus Epiſcopus Adrienſis.*

„ Hyacintus Bixucius Cancell. Epiſcopalis Adrien.
„ Mand.

Ad *Joannem* hunc præterea ſequens hoc Documentum pertinet ex Tabulario Eccleſiæ Sancti *Joannis* in Oleo Venetiarum nobis ab erudito Viro *Jo: Dominico* Collettio comunicatum.

„ Jo:

„ Jo: Paulus Savius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus
„ Adrienſis Univerſis &c. Fidem facimus & atteſtamur Nos hodie
„ cum ſpeciali facultate Illuſtriſsimi & Reverendiſſimi Dom. Jo:
„ Franciſci Mauroceni Patriarchæ Venetiarum Ser. Ser. juxta for-
„ mam Pontificalis Romani conſecraſſe Altare majus in Eccleſia
„ Parochiali & Collegiata S. Jo: Evangeliſtæ in Oleo, vulgo San-
„ cti Joannis Novi nuncupata, ſub titulo ejuſdem S. Jo: Evangeli-
„ ſtæ, & ſingulis Chriſti fidelibus ipſo die unum annum, & in die
„ Anniverſario Conſecrationis hujuſmodi ipſum viſitantibus quadra-
„ ginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta conceſ-
„ ſiſſe, ac præterea inſigne Tabernaculum marmoreum pro conſer-
„ vatione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſuper eodem Altare conſtructum
„ benedixiſſe. In quorum fidem &c. Datum in Eccleſia ſupradicta
„ die nona Menſis Martii 1650.

(*Jo: Paulus Epiſcopus Adrienſis.*

Eodem anno, die 10. Maii ad preces Domini Equitis Manfredini Nobilis Rhodigini erexit quamdam Manſionariam in Canonicatum, pro ut in Decreto aſſervato in Archivo ejuſdem Collegiatæ, quod hic excribendum curavimus.

„ Jo: Paulus Savius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia
„ Epiſcopus Adrienſis.

„ Viſis, & mature conſideratis inſtantiis perilluſtris Dom. Equi-
„ tis Manfredini Nob. hujus Civitatis eas reſpective admiſit in o-
„ mnibus & ſingulis ſuis partibus, quatenus, & pro ut de jure &c.,
„ & præſertim juxta Decreta Sacr. Conc. Trident. in hac materia
„ quomodolibet diſponentia; ejuſdem perilluſtris Dom. Equitis ſum-

„ mam pietatem in erectione prædicti Canonicatus commendavit, „ & consideratis omnibus aliis, & singulis, quæ in præmissis consi- „ deranda & ponderanda erant, & justificatis justificandis, & ser- „ vatis servandis, Mansionariam, pro ut in Scriptura ejusdem Dom. „ Equitis Manfredini, in Canonicatum in Ecclesia Archipresbyterali „ & Collegiata Sancti Stephani Rhodigii Adriensis Diæcesis omni „ meliori modo erexit & erigit, & decrevit quod eidem perillustri „ Domino Equiti Manfredini ejusque descendentibus, & hæredibus „ nunc, & pro tempore sit expresse reservatum plenum jus præ- „ sentandi ad dictum Canonicatum (nunc, & quotiescumque eum „ vacare contigerit) sibi & Successoribus suis personam habentem „ qualitates, & conditiones pro Canonicatu Ecclesiæ veræ Colle- „ giatæ requisitas, ut a se, & ab eisdem Successoribus suis toties „ quoties instituatur, & provideatur de prædicto Canonicatu, juxta „ formam observatam semper in hac Diæcesi, & ubique de jure „ & de consuetudine in quibuslibet institutionibus, & confirmatio- „ nibus de personis præsentatis ad quælibet beneficia Juspatronatus „ simplicia, & quibus animarum cura non est annexa, & prout in „ Scriptura diei 30. Aprilis præsentata, ad quam &c.

„ Et præterea decrevit, & declaravit, quod si, & quando loco „ Ducatorum centum, videlicet octuaginta pro recognitione Sacer- „ dotis, qui Missas celebraturus erit in Ecclesia Sancti Joseph in „ hac Civitate, & viginti pro distributionibus quotidianis Canoni- „ catui prædicto assignatorum, pro ut in eadem Scriptura diei 30. „ Aprilis, pro quibus perillustris Dom. Eques Manfredinus assi- „ gnavit petiam terræ qualitatis, & quantitatis, de quibus, & pro

„ ut

„ ut in alia Scriptura ejusdem diei; ipse Dom. Eques assignaverit, „ & obligaverit livellum, seu livella, ex quo, vel ex quibus annuatim exigi possint, & exigantur prædicti Ducati centum, ipsaque assignatio, & obligatio fuerit per Decretum in scriptis prædicti Domini Episcopi, vel ejus Successores specialiter, & expresse approbata, tunc & eo casu, & non aliter &c dicta petia terræ sit, & remaneat omnino libera ab onere supradicto pro prædictis Ducatis centum annuis juxta prædictam suam Scripturam & ita decrevit, & declaravit ex nunc, pro ut ex tunc „ &c.

„ Et pro præmissorum omnium, & singulorum, quæ præsentibus „ concessit, decrevit, & declaravit validitate, voluit hic intelligi, „ & haberi pro expresse inclusis, & specificatis omnes & singulas clausulas quomodolibet necessarias, & opportunas, eas etiam, quæ specialem, & individuam requirerent expressionem, & ita ac si de verbo ad verbum essent insertæ; & ita &c., omni meliori modo &c. „ Datum Rhodigii in Palatio nostro die 10. Maii 1650.

Jo: Paulus Episcopus Adriensis.

Hyacintus Bixucius Cancell. Epis. M.

Hic Antistes summa vigilantia Episcopalia munia obivit, Diœcesim administravit, Clerum ad puriorem vivendi normam adduxit, pauperes juxta vires fovit, demum vitam egit Pontifice dignam. *Jo: Paulus* vitam cum morte commutavit Venetiis die 27. Octobris 1650.

LXVIII.

JOANNES BAPTISTA Brixia Nobilis Venetus, utriusque signaturæ Referendarius, ex Urbini Pro-Legato ad hanc Sedem Adriensem electus est die 6. Februarii 1651. Hæc electio apparet ex sequentibus Litteris scriptis tum a Capitulo Adriensi, ubi existunt etiam hodierna die in ejus Tabulario, quam ab ipso *Joanne Baptista*.

„ Illustrissimo e Reverendissimo Sig. Sig. Pñe Colmõ.

„ La dignità che V. S. Illmã e Rmã ha ottenuto dalla Santità
„ di nostro Signore, ch'è l'esser stato eletto dignissimo Vescovo di
„ questa nostra Cattedrale & Diocese, come ci è pervenuto a no-
„ tizia, ha riempito di segnalato contentamento tutta questa Cit-
„ tà, Capitolo nostro, & Clero tutto Servitori suoi, frà quali te-
„ nendoci li maggiori in affetto, conveniamo anco professarsi supe-
„ riori nell'allegrezze, ma però in modo che non sappiamo discer-
„ nere qual sia in noi più efficace, se il giubilo che sentiamo di
„ queste sue contentezze, o vero se il desiderio che teniamo di ve-
„ derla arricchita di maggiori grazie, il che piaccia al Signore Dio
„ Nostro concederle: con che facciam fine, & riverentemente racco-
„ mandandoci in buona grazia di V. S. Illmã & Rmã, le pre-
„ ghiamo & auguriamo ogni felicità & grandezza. „

Adria 13. Febraro 1651. di V. S. Illmã e Rmã

Devotissimi Servitori

Li Canonici & Capitolo.

(Foris)

(Foris) All' Illmo & Rmo Sig. Sig. & Pne Colmo
Monsig. Bressa eletto Vesc. di Adria Vice Legato di Urbino
Mol. Illustri & Mol. Rdi Signori

„ Con espressione di tanto affetto, e sì cortesemente mi rappre- „ sentano le SS. VV. l'allegrezza sentita per la mia promozione a „ cotesta Chiesa, che io ho motivo sufficientissimo di consolarmi „ vie maggiormente di questo honore conferito alla mia debolezza. „ Rendo alle SS. VV. copiose grazie del favore, che si sono com- „ piaciute farmi con il loro amorevolissimo uffizio, in stima del „ quale, e del loro merito siccome non lascierò desiderarle mai „ tutti quei contrasegni, che in augumento de' loro servigi potran- „ no derivare dall'ottima mia volontà, così persuadansi, che con „ questa perfettissima disposizione io mi portarò costà. Mi prepari- „ no in tanto confidentemente occasioni dal poterla esercitare, & alle „ SS. VV. dalla Maestà Divina auguro il compimento d'ogni pros- „ perità.

Pesaro 27. Febraro 1651. Delle SS. VV.

Affmo per servirle di cuore.

(Foris) Alli Mol. Illustri e Mol. Rdi Signori
li Sig. Canonici e Capitolo della Chiesa di Adria.

Joannes Baptista hujus Ecclesiæ Adriensis nequaquam possessionem iniit, sed paulo post se libere abdicavit; deindeque translatus ad Vicentinam Ecclesiam per resignationem *Marci Antonii* Cardinalis Bragadeni die 14. Junii 1655. Ibi eum adhuc in viridi ætate mors importuna sustulit ann. 1659. die 25. Novembris, ac tumulum accepit in Cathedrali ad Altare SS. Sacramenti. Ita Collettius in Additionibus ad Ughellium.

LXIX.

LXIX.

BONIFACIUS II. Co: Alliardus Nobilis Bergomensis Clericus Regularis Theatinus, qui tantis meritis claruit, ut adhuc juvenis anno 1652. sui Ordinis Præpositus Generalis eligi meruerit. Tanto Regimine clarus, nec non operibus in lucem editis celebris, post quinquennium & ultra, quo Ecclesia Adriensis suo fuerat viduata Pastore, anno 1656. ab *Alexandro* PP. VII. ad hanc Sedem fuit assumptus, & possessionem solemni ritu Adriæ prædicto anno iniit die 20. Martii applaudente Populo, quem suis deinde concionibus ad emendatiores mores excitabat. Vigili, diligentique cura Adriensem Diœcesim perlustravit, & nihil unquam omisit, quod gregi sibi commisso usui videretur futurum.

Synodum Diœcesanam anno 1657. die 24. Maii in Cathedrali Ecclesia Adriensi celebravit, in qua Cleri mores aliquantulum depravatos optimis Legibus, Constitutionibus, & Decretis correxit; quæ Leges, Constitutiones, & Decreta deinde Venetiis in lucem edidit anno 1664. cum aureo sequenti Monito Pastorali Universo Clero suæ Diœcesis.

„ Accipite tandem dilectissimi, quæ Nos, auxiliante Deo, in No-
„ stro Synodali Conventu jam sancivimus Decreta. Amplius vota
„ Vestra non suspendimus. Jam e prælo subducta sunt; jam typis
„ mandata, serius quam, & Nos optabamus, & vos etiam for-
„ tasse expectabatis, variis causis, curisque distenti, Constitutiones
„ has emisimus in lucem. Sed tamen pro vestra in Deum religione

„ &

„ & pietate Nobis fore pollicemur, ut quo vehementius desideraſtis, eo nunc & avidius accipiatis, & diligentius ſervetis. In memoriam ſedulo revocate, filii cariſſimi; quod non tam leges condere quam ſervare Chriſtianæ Reipublicæ proficuum ſit; & in his exequendis tantam ſollicitudinem adhibete, ut nec prompta veſtra voluntas, nec obedientia, nec ſtudium veſtrum deſideretur. Ita fiet, ut & Nobis animum addatis ad majores pro animarum veſtrarum ſalute ſuſcipiendos labores, & vos a Deo ampliora in dies dona conſequamini. Quod vobis ab eodem ſummo largitore enixe precamur. Valete, & pax Domini ſit ſemper in cordibus veſtris. Amen.

Deinde hic Præſul numerum Canonicorum adauxit; quatuor enim alios erexit, declaravitque Canonicos, nempe duos Adriæ in Cathedrali anno 1662. die 26. Januarii, & anno 1664. die 16. Junii; duoſque Rhodigii in Collegiata die 27. Januarii 1663., & 20. Martii prædicti anni, prout ex Decretis in hac Epiſcopali Curia. Cæterum *Bonifacius* Clero, populo, omnibuſque ordinibus carus poſt undecim circiter annos Epiſcopatus sui ex hac vita diſceſſit Rhodigii anno 1667. inter Civium lacrymas, quos impenſe dilexit, & ſepultus fuit in antiqua Collegiata Eccleſia Sancti Stephani Civitatis ejuſdem. Multa ſcripſit & in lucem edidit hic Antiſtes, & præſertim Diverſarum Lectiones, ſicut ex Biblioth. Veteri & nova Georgii Mathæi Konig.

LXX.

LXX.

THOMAS Retanus Venetus huic oneri humeros ſubdidit die 25. Junii 1667. Hic Antiſtes optimis moribus præfulſit, necnon tanta pietate, ac vigilantia in formidabili illo munere ſe geſſit, ut propiores ſuos Anteceſſores exæquare velle videretur. Nam Eccleſiam ſibi creditam ſua præſentia illuſtravit, atque in ea Eccleſiaſticam diſciplinam, in quantum valuit, propagavit non modo gravitate ſermonis, ſed quod longe præſtat, vitæ modeſtioris exemplo.

Anno ſequenti nempe 1668. die 21. Menſis Octobris Adriæ Eccleſiam PP. Sancti Franciſci ſtrictioris obſervantiæ vulgo *della Fontana* conſecravit, ut conſtat ex Epigraphe ibi in marmore albo ſculpta.

D. O. M.

Mariæ Angelorum Reginæ
Dicatum Templum Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D.D.
Thomas Retanus Adrienſis Antiſtes
cum Ara Majori conſecravit Die
XXI. Menſ. Octobr. Ann. Incarn. Dominicæ
M D C LXXIII.

Anno 1676. die 11. Octobris insuper conſecravit hic Antiſtes auctoritate Eminentiſſimi ac Reverendiſs. Cardinalis *Gregorii* Barba-

dici

dici Episcopi Patavini Parochialem Ecclesiam Sancti *Michaelis* Archangeli de Bagnolo Patavinæ Diœcésis, pro ut ex Inscriptione super Ostium Sacrarii in pulcro marmore sculpta prædictæ Ecclesiæ.

Quindecim circiter annis fama virtutis in ea dignitate præfulsit, deinde varia & aspera fortuna exagitatus sponte eo munere anno 1682. se abdicavit, & Patavii obiit anno 1690., ibique in Ecclesia Transfigurationis Dom. Nostri Jesu Christi Fratrum Cappucinorum tumulatus fuit, ubi in Sacello B. Virginis humi in lapide legitur.

Hic Jacent Ossa Thomæ Retani Episcopi Adriensis.
Obiit die XXII. Julii MDCXC.

In Ecclesia Sancti *Bonaventuræ* Monialium, vulgo *le Romite*, Patavii altius in pariete in polito marmore de eodem Episcopo habemus sequentem memoriam, nempe.

D. O. M.

Ecclesia hæc Deo dicata in memoriam Sancti Bonaventuræ consecrata fuit Die XXVI. Junii MDCLXXXIX. ab Illustriss. & Reverendiss. D.D Thoma Retano Episc. Adriensi seniore. Annuente Eminentissimo & Reverendiss. S.R.E. Cardinali Gregorio Barbadico Episcopo Patavino.

LXXI.

CAROLUS Labia Venetus Patritius, Clericus Regularis Theatinus primum creatus est Archiepiſcopus Corcyrenſis; deinde ab *Innocentio* PP. XI. ad hanc Sanctam Adrienſem Eccleſiam translatus die 14. Decembris anno 1682., Retano ei Epiſcopatum tradente, atque poſſeſſionem inivit die prima Novembris anni 1683. Hic Antiſtes Palatium Epiſcopale Rhodigii reſtauravit, & ornavit; Menſam Epiſcopalem ære alieno gravatam propriis ſumptibus liberam reddidit; populum vero ſibi commiſſum aſſidua vigilantia rexit, atque ingens hoc infulæ decus, qua par fuit majeſtate & eximia virtute ac prudentia ſuſtinuit. Diœceſim ſæpius viſitavit, illuſtravitque; vitia correxit, abuſus ſuſtulit, & optimam vivendi formam præſcripſit. Fuit Vir non religione magis, quam eruditione etiam conſpicuus, ut ejus elucubrationes non minus doctæ, quam piæ luculenter teſtantur, & præſertim *le Impreſe Paſtorali, i Simboli Predicabili, i Simboli Feſtivi, e l' Orto Simbolico*.

Cum autem Collegiata Eccleſia Sancti *Stephani* Papæ & Martyris Rhodigii ruinam minaretur, iſte Pontifex Templum magnificæ ſtructuræ incepit, ac primarium lapidem ſolemniter poſuit anno 1696. Numiſma eadem occaſione cuſum cum eodem primo lapide benedicto in fundamentis poſitum fuit, in quo ex una parte viſitur proſpectus novæ Eccleſiæ ædificandæ cum ſequenti Epigraphe:

Templum S. Stephani P. M. Rhodigii
Renovatur anno M D C LXXXXVI.

Ex

Ex altera in medio.

Caroli Archiepisc. Labia Episc. Adrien.

Piæ largitati Canonici Rhodigini.

Fato cessit optimus Pastor die 29. Novembris 1701. Rhodigii, ubi Sepulcrum accepit in prædicta Ecclesia Sancti *Stephani* ejusdem Civitatis. Anno vero 1730. Cadaver ipsius Præsulis pridie Kalend. Novembris a pietate *Joannis Francisci* Labia Patr. Ven. ex Fratre Nepotis cum solemni funebri pompa in novum nobilius sepulcrum fuit translatum, ubi sequens Inscriptio legitur.

Carolo Labia

Inter Clericos Regulares dicendi

facultate

Inter Archiepisc. Corcyrenses & Episcopos Adrien.

Pietatis opere

Nulli virorum secundo

Quique Primum Sacravit Lapidem ac Æs impendit

Ad hanc Basilicam Ædificandam

Joann. Francisc. ex Fratre nepos Pridie Kalend.

Novembr. M D CCXXX.

Supremum Honorem monumenti ac Inferias

solvit.

LXXII.

PHILIPPUS a Turre Forojulii Diœcesis olim Aquilejensis, nunc Utinensis, natus est Kalendis Maii 1657. *Mario* a Turre, &

Camilla e Comitibus Formentinis de Cusano nobilibus parentibus. Die XXV. Januarii ann. 1677. ætatis suæ XIX. in Archigymnasio Patavino J. U. Lauream promeruit. Deinde Cardinalis *Joseph Renati* Imperialis in Ferrariensi Legatione fuit Auditor. Ad Chinense Imperium Legatus Pontificius electus honori & oneri libens, volensque cessit. Adriensis Antistes a *Clemente* PP. XI. adlectus est XVIII. Kalend. Februarii non vero IV. Idus Januarii, ut in ejus vita latine scripta pag. 30. perperam legitur, anno 1702., non autem anno 1700. ut Diarium Literatorum Italiæ habet pag. 480. Romæ itaque fuit consecratus die XIX. Martii ejusdem anni a *Petro* Rubino Cardinali & Episcopo Vicentino.

Porro hic Antistes Roma discedens die XIX. Junii primo Adriam solemni pompa ingressus est die XXVI Novembris, & deinde Rhodigium die VIII. Decembris anni ipsius 1702. Ita ex Actis in hac Curia Episcopali. Nihil itaque ab Episcopatus exordio prius habuit, quam ut sibi commissi gregis saluti prospiceret. Eum honorem ita sibi creditum accepit, ut se magni oneris religione obstringi arbitraretur. In eo enim administrando non cujusvis necessitudinis nomen & vinculum, non potentiorum gratia aut privatæ utilitatis ratio apud illum plus, quam Dei leges & veterum consuetudinum observantia valuerunt. Quamobrem disciplinam Sacerdotalem & studia literarum in Dei Ministris, caritatem, mores optimos, ac pacem, quantum potuit, in populo promovere mox cæpit non solum, sed strenue constabilivit.

Constituit hic Præsul ut statis temporibus ad Sacros Ordines accessuri, exercitiis pietatis operam darent. Ad Animarum salutem

ala-

alacrius promovendam Presbyteros a Sacris Missionibus dictos Ferraria crebro advocavit, iis pro necessitate in frequentioribus Dioecesis suæ locis usurus: qui profecto viri, pietate insignes, mirum dictu quanto animarum lucro Christi Domini legem prædicarint, quantosque fructus ex sacra hac messe collegerint. Ad opem traditis sibi ovibus ferendam Episcopus identidem Dioecesim obibat, & sacras ipse conciones habens, ut Episcopum decet, populorum undique confluentium animos ad Dei cultum erigebat, & diffidentes componens, pacem Christi eorum animis pro virili inserere satagebat. Demum fuit *Philippus* vir zelo, pietate, prudentia, ac morum suavitate singularis, nec non ea omnia egit, quæ summæ existimationis virum decere viderentur.

Anno 1711. die 12. Julii primarium Lapidem Parochialis Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Gavello posuit, pro ut ex Inscriptione super januam lateralem ipsius Templi habetur. Tribus circiter lustris summa cum laude sibi commissam Dioecesim rexit; & dum Antecessorum suorum seriem in Ughellianæ Editionis ornamentum illustraret, pluraque congereret, unde secundi Voluminis Italiæ Sacræ materies undequaque poliretur, precipiti letho correptus bonorum omnium mœrore Rhodigii decessit V. Kalendas Martias anno 1717. inter præcipua Italiæ literatæ sidera; meliori tamen Sæculo, vitaque longiori valde dignus. Elatus est ferali pompa tota Urbe comitante, ac lacrymas fundente. In Funere laudatus a *Francisco* Trecci Veronensi; sepultus fuit in Collegiata Ecclesia Sancti *Stephani*, ubi *Nicolaus*, ac *Petrus* a Turre Fratres de inscripto monumento ei ponendo cogitaverunt. Illud eo libentius hic damus.

Phi-

Philippo. a. Turre. Episcopo. Adriensi
In. Urbe. rerum. Domina. Inferioribus
Disciplinis. Morumque. Sanctimonia. Probato
Qui. rem. literariam. egregiis. monumentis
Auxit
Populosque. Sibi. reluctanti. Commissos
Verbo. &. exemplo. tam. bene. servavit
Ut. finitimis. &. longinquis. Maximum
Sui. desiderium. reliquerit
Sola. Immortalitatis. ejus. fide. lenitum.
Obiit. V. Kal. Martias. Anno. Sal. M. D. CCXVII.
Episcopatus. XIV.
Vixit. annos. LVIII. Menses. IX. Dies. XXV.
Nicolaus. &. Petrus. a. Turre. Patricii. Forojulen.
Ob. Tanti. Fratris. Jacturam.
Moestissimi. PP.

Hic revera Præsul, ut supra diximus, pietatis, eruditionis, atque doctrinæ famam reliquit; cum suis virtutibus præclarisque ingenii sui monumentis, quibus Rempublicam literariam locupletavit, maximum inter eruditos sibi nomen comparavit, majus praeterea adepturus, nisi quæ erat meditatus intempestivum fatum interturbasset. Multa autem de Ecclesiis Aquilejensi, & Forojuliensi in adversaria coniecerat, sed vel nondum perfecta, vel non concinne absoluta in Schedis reliquit. Inter cætera tamen typis demandata hujus celeberrimi Antistitis habemus: *Monumenta* veteris Antii. Romæ 1700. in 4. *Taurobolium antiquum* Lugduni anno 1704. repertum

cum

cum explicatione; & Dissertationem auream Apologeticam secundam *de Annis Imperii M. Aurelii Antonini Elagabali*, *ac de Initio Imperii Severi Alexandri*, qua potissimum verus sensus Programmatis Cycli Paschalis S. Hippolyti restituitur, & vindicatur, nec non *Antiqua militaria itinera Romanorum*, *&* *Græcorum* illustrantur. Venetiis 1741. Et satis de hoc celebri Antistite a Turre.

LXXIII.

ANTONIUS II. Vaira honestis ortus parentibus Venetiis, doctrina, egregiisque moribus ornatus ad maximos Ecclesiasticæ Hierarchiæ honores sibi aditum fecit. Nam cum in Archigymnasio Patavino Primariam Juris-Canonici Cathedram teneret, creatus est a *Clemente* XI. Episcopus Parentinus; inde ab eodem Summo Pontifice ad Sedem Adriensem translatus die XII. Juli 1717. Obtenti igitur Episcopatus in Adriæ Civitatem die VI. Decembris anni prædicti possessionem iniit. Gregis dilecti saluti mirifice profuit; zelo sacro percitus, ac disciplinam Ecclesiasticam reddidit meliorem. Varia ardua, atque difficilia negotia, lites, dissidia, contentiones pastorali pectore, acri judicio feliciter composuit; & inter cætera, quæ pro sua Ecclesia egit, hic haud prætereunda videntur, nimirum jurisdictio quam sua eximia dexteritate a Senatu Serenissimæ Venetæ Reipublicæ vindicatam sapientissimo atque religiosissimo Decreto obtinuit sub die 5. Martii 1728., quod est hujusmodi.

„ Aloysius Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nob.
„ & Sapienti viro Petro Lauretano Potestati & Capitaneo Rho-

„ digii

„ digii fideli dilecto salutem & dilectionis effectum.

„ Dalle voſtre accette lettere 7. decorſo, che ci accompagnano l'iſtan-
„ za di coteſto Monſignor Veſcovo di Adria ſopra le novità, che
„ inſorgono a detrimento di ſua Giurisdizione per la vacanza dell'
„ Abbadia della Vangadizza, non meno che dalle ſuſſeguenti 21.
„ dello ſteſſo Meſe, quali eſecutivamente agli ordini rilaſciati ci
„ forniſcono d' abbondanti lumi nel propoſito, prendiamo motivo
„ di deliberare qual più conviene per ſoſtenere li diritti d' eſſa
„ Mitra Epiſcopale appoggiata alle zelanti ſollecitudini d'un sì de-
„ gno Prelato. Volemo però, che facciate ſapere a Monaci Camal-
„ dolenſi, al Clero Secolare, a Coloni, Affittuali, e Livellari ſog-
„ getti alla medeſima eſſer volontà noſtra, che durante la preſen-
„ te vacanza, & ogni altra che occorreſſe abbino a riconoſcer per
„ loro Superiore Eccleſiaſtico nel ſpirituale il loro Veſcovo di A-
„ dria, & per Economo nel temporale quello, ch' eſſo Veſcovo
„ ha preſcielto, & non altri; del che avvertirete gli Eletti nell'
„ una, & l'altra incombenza da queſto Monſignor Nunzio Ponti-
„ fizio. Di queſta deliberazione renderete conſapevole il medeſimo
„ Veſcovo, onde conoſca la cura, che ſi prende il Senato in ri-
„ movere tutto quello indebitamente è promoſſo in pregiudizio di
„ ſuo ſpirituale e temporale governo, e dell'eſecuzione ne attende-
„ remo la notizia a dovuto pubblico lume.

Ex quo colligimus Sacrorum jurium pervigilem vindicem fuiſſe *Antonium*; dignamque revera habuiſſe illo pectore, tantæque cuſtodem dignitatis fortitudinem, conſtantem & firmam propriorum affectuum dominationem. Amore autem fuit in bonos, & ſingulari in eoſ-

in eosdem munificentia. Aliæ denique, atque aliæ virtutes tam præclare in eo ispendescebant, ut doctrinis, ac præsertim in jure Canonico, quo ornatissimus erat, lumen suum usquequaque diffunderent.

Anno 1730. Kalendis Aprilis cum esset a *Clemente* PP. XII. unitus Monasterio Sancti *Georgii* eremi de Garda Diœcesis Veronensis Prioratus Sancti *Columbani* in Paræcia Bardulini, hunc in Commendationem obtinuit *Antonius* noster, ut refert Joannes Baptista Blancolinius lib. 4. de Ecclesiis Veronensibus pag. 476., ut constat etiam ex Ducalibus Litteris pro accipienda ejus Prioratus Possessione. Cum tribus hanc lustris gubernasset Ecclesiam Adriensem, obiit Rhodigii VIII. Idus Octobris 1732. ætatis suæ ann. 82., mensibus septem, & diebus septem, sepultusque in Choro Collegiatæ Ecclesiæ Sancti *Stephani* P. M. ad cujus tumulum hæc inscriptio legitur.

D. O. M.

Antonii Vaira Veneti
Olim
In Archigymnasio Patavino
Primarii Sacrorum Canonum
Professoris
Inde Episcopi Parentini
Ac demum
Adriensis Ecclesiæ Antistitis
Cineres quiescunt.
Orate pro eo.

Obiit VIII. Idus Octobr. anno MDCCXXXII.

Ætatis suæ

Anno LXXXII. M. VII. D. VII.

Omnia suæ bibliothecæ Volumina Seminario Adriensis Diœcesis legavit: Reliqua autem pro oblatione & illuminatione animæ suæ. Multa scripsit, sed præsertim de prærogativa Œcumenicæ Nomenclationis, & Potestatis Romani Pontificis a Constantinopolitanis Præsulibus usurpata Historicam Dissertationem editam Patavii ex Typographia Seminarii 1704. in folio.

LXXIV.

JOANNES VIII. Soffietti Chii in Arcipelagi Insula natus est die 2. Decembris anno 1675., Congregationis Clericorum Minorum Sacerdos, Thinensis Ecclesiæ in Mari Ægeo Episcopus designatus, sed ab Hoste communi capta Insula ad Cathedram Clodiensem evectus, inde a *Clemente* PP. XII. ad hanc Ecclesiam traductus est die XIX. Januarii anno 1733., & die 27. Martii possessionem iniit. Ex ipsius Antistitis Decreto fuit nova Ecclesia Parochialis Racani-Policellæ fundata anno 1737., atque ab ipso Episcopo Ecclesia prædicta die 25 Septembris 1740. Deiparæ *Mariæ* titulo Rosarii dicata, nec non consacrata. Præterea a fundamentis reædificata sub eodem Antistite omnino Ecclesia Parochialis Sancti *Marci* Busii. Fuit *Joannes* doctrina, prudentia, ac morum probitate clarus. Ad instaurandam Ecclesiasticam disciplinam semel, & iterum Diœcesim visitavit. Seminarium ampliavit; Episcopale Pala-

tium

tium in Civitate Adriæ collabens anno 1738. de novo restituit atque ampliavit; sicuti ære dato in adjutorium Communitatis Adriæ Cathedralis Turrim Campanariam in excelso surgentem etiam compleri curavit. E vivis exemptus est Rhodigii die 19. Septembris 1747. Cadaver ipsius in prædicta Collegiata Sancti *Stephani* honorifice tumulatum fuit cum hoc Epitaphio:

D. O. M.

Joannes Soffietti
Nobilis Chiensis
Congregationis Clericorum Minorum
Sacerdotis
Thinensis Ecclesiæ in Mari Aegæo
Episcopi designati
Sed
Communi ab Hoste Insula capta
Ad Cathedram Clodiensem evecti
Tandem
Ad Infulam Adriensem translati
Exuviæ Dormitant
A Die IX. Septembris
CIƆIƆCCXLVII.

LXXV.

PETRUS MARIA de Marchionibus Suarez Trivisano Venetus, Romæ tamen natus die IV. Novembris anno 1690., primum Feltriensis Episcopus electus est, cui Ecclesiæ per annos vigintiquatuor præfuit; inde anno 1747. die XX. Novembris *Joanni* Soffietti datus est Successor a Summo Pontifice *Benedicto* XIV., nec non Prælatus Domesticus, ac Pontificio Solio Assistens creatus. Hic summa vigilantia Episcopalia munia administravit, curavitque præsertim, ut Clerus, quantum potuit, in officio contineretur, populusque devotione augeretur, cujus prudentia & integritas salus subditorum fuit. Capitulorum Adriæ, & Rhodigii Statuta reformavit atque confirmavit. Cum Religione, sapientiaque plenus summa cum laude hanc rexisset Ecclesiam, ex hac vita Rhodigii intempestive post triennium emigravit anno 1750. die 19. Junii, & Civitatem ipsam mæstissimam reliquit. Ejus Cadaver jacet in Choro Collegiatæ, prælaudatæ cum sequenti Epigraphe.

D. O. M.

Petrus Maria
De Marchionibus Suarez Trivisano
Primum Feltrensis
Inde Adriensis
Episcopus Rhodigii

Anno

Anno Dom. MDCCL. Die XIX. Junii Obiit.

Antequam ſupremum diem *Petrus Maria* clauderet, cum Vicarios Foraneos illos a ſuis Præceſſoribus laudabiliter in hac Diœceſi inſtitutos, aliquibus ab hinc annis, gravi cum ejuſdem Eccleſiæ atque Eccleſiaſticæ Diſciplinæ detrimento intermiſſos vidiſſet, eos ſapienter reſtituit. Sane valde utile, atque neceſſarium hujuſmodi Vicariorum Officium eſt, quod ne dum hujus Eccleſiæ Adrienſis Synodales Conſtitutiones (part. 2. cap. 4.) approbarunt, & inductum antiquitus confirmarunt, aſt ubique gentium magno cum Diœceſeon ornamento, animarum profectu, divinaque gloria, quod maximum eſt, vigere videtur, cujus inſtitutio a Sacris Conciliis pluribus, a Summis Pontificibus jam præſcripta & Epiſcopis omnibus fuit demandata. Aureo igitur ſuo Decreto præcipit omnibus & ſingulis Archipresbyteris, Parochis, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Clericis, aliiſque, quicumque tandem ſint, ſuæ ſpirituali Jurisdictioni ſubjectis, ut Iis quos ad munus hoc eligere voluit, ex virtute Sanctæ Obedientiæ, pænas alioquin ad arbitrium ſuum daturi, in rebus omnibus, quæ ad illorum officium ſpectare pariter declaravit, fideliter pareant, eamdemque in ipſis auctoritatem revereantur quam Epiſcopus habet, utpote vices ſuas gerentibus, ſuumque miniſterium Vicaria opera tranſigentibus, pro ut ex ipſius Epiſcopi Decreto in hanc noſtra Rhodigii Curia adſervato deſumitur.

LXXVI.

PEREGRINUS II. e nobili Patavina Gente Ferri natus est die XIX. Novembris anno 1699. ex Canonico Theologali in Patria, & *Caroli* Cardinalis Rezzonico Episcopi Patavini ex Convisitatore, & Synodali Pro-Examinatore a *Benedicto* PP. XIV. electus est Episcopus Adriensis anno 1750. die 21. Novembris. Hic Antistes Clericorum Seminarium auxit, atque Ecclesiæ suæ fideliter, ac satis utiliter pro infirmitatis suæ ratione & fortunæ præfuit. Insuper lites, diffidia, contentiones pastorali pectore sedavit. Post septem annos Patavii vitam infeliciter, atque miserrime cum morte commutavit anno 1757., die 30. Septembris, ibique tumulatus in Parochiali Ecclesia Sancti *Georgii* Martyris, ad cujus tumulum hæc Inscriptio legitur.

D. O. M.

Peregrino Ant. Com. de Ferris

Primum Canonico Theol. Eccl. Patav.

Dein. Episcopo Adriensi

Franciscus Maria Frater

Moerens P.

Obiit Prid. Kal. Octobr. Anno MDCCLVII.

Aetat. LVII. Mens. X.

Episcopatus VII.

LXXVII.

LXXVII.

JOANNES FRANCISCUS Mora Patritius Venetus ex Presbytero Congregationis Sancti *Philippi* Nerii in Neapolitana Provincia creatus est a *Benedicto* PP. XIV. primum Episcopus Famaugustanus, deinde ad hanc Sedem a *Clemente* XIII. translatus die 2. Octobris ann. 1758. Hic Clerum quantum potuit, reformavit, atque ea omnia egit, quæ bonum atque fidelem Pastorem, maxime in Sacra Diœcesis Visitatione, decere viderentur. Deinde summa vigilantia Ecclesiæ suæ redditus, bona, jura, privilegiaque accurata indagatione in libris ad perpetuam memoriam describi fecit. Præterea usque ad extremum vitæ suæ diem Jurium suæ Ecclesiæ defensor tenacissimus, ac zelantissimus fuit. Episcopale Adriæ Palatium aliquantulum ampliavit. Plura Cathedrali contulit beneficia, illique aliquam supellectilem dono dedit, ibique tres perpetuas Mansionarias, ut vocant, ære proprio instituit, ac fundavit, unam pro ultima Missa in diebus Festis, duas vero Cantorias. Adriæ itaque infirmus, lectoque decumbens Testamentum condidit, & omnia sua bona ex asse Seminario hujusce Diœcesis, præter aliqua Legata, tamquam hæredi reliquerat: executionem vero testamentariam venerandis Curatoribus Ecclesiæ Sancti *Stephani* de Rhodigio demandaverat; sed hæreditas repente magna ex parte evanuit, cessitque in emolumentum Propinquorum ejusdem Antistitis.

Tandem post paucos dies, scilicet 15. Januarii 1766. in prædicta Adriæ Civitate mortem obiit conditus in Cathedralis Presbyterio cum hujusmodi Epigraphe; D.O.M.

D. O. M.

Jo: Francisco Mora Patr. Ven.
Primum
Famaugustan. Deinde Adrien. Episcopo
De hoc Templo
In quo
Sepulcrum sibi ponendum legavit
Optime merito
Canonici Curatores
Locum dedere,
Obiit
XVIII. Kal. Februar.
Anno MDCCLXVI.
Orate pro eo

LXXVIII.

ARNALDUS Speronius de Alvarotis, dum sæculo viveret *Aloysius*, Patritia progenie Patavii editus in lucem anno 1727. die 31. Decembris, Monachus Benedictinus-Casinensis ac Sanctæ Justinæ Civitatis ejusdem Professus anno 1746. efficitur. Quantum in studiis optimarum artium profecerit, quibus ab ineunte ætate se totum dederat, quasque attentius coluit tam in prælaudato Monasterio quam in Sancta Maria Florentiæ vulgo *la Badia*, alienum judi-

judicium fuerit. Anno 1757. ex dispensatione *Benedicti* PP. XIV ab ætatis defectu decanus Regiminis creatus est, nec non Magister Novitiorum in celeberrimis Cœnobiis primum Sancti Georgii Majoris Venetiarum, dein S. Pauli Romæ extra mœnia; cumque post triennium hæc Sancta Adriensis Ecclesia vacasset, ad eam regendam a *Clemente* PP. XIII. divinæ voluntatis consilio electus die 2. Junii anno 1766. ab ipso Summo Pontifice die 8. Mensis ejusdem in Capella Sixtina Consecrationis munus suscepit, & Prælatus Domesticus, atque Pontificio Solio Assistens declaratus fuit. Die autem 9. Novembris anni predicti Episcopatus possessionem iniit, & solemni pompa Adriensem urbem ingressus est. Hic igitur statim atque rem Adriensium sacram administrandam suscepit, Episcopale tum Adriæ tum Rhodigii Palatium restauravit.

Insuper anno 1770. die 9. Septembris primum posuit Lapidem novæ Ecclesiæ Parochialis Guardæ Ferrariensis, quo tempore percussum fuit Numisma cum ipsiusmet Episcopi effigie. Anno 1771. die 8. Mensis prædicti solemniter traduxit Moniales Sancti Dominici de Domo, ubi inhabitare consueverant, in Monasterium Sancti Antonii Abbatis Rhodigii, vulgo Sancti Dominici, ubi Patres ejusdem Ordinis olim degebant. Quolibet anno partem suæ Diœceseos aliquam sacra visitatione obit. Post autem longas difficiles atque inextricabiles propemodum lites, quas magnis expensis ad multos annos sustinuit, ut jura sua sarta tecta tueretur, felici exitu easdem Supremo adjuvante Numine composuit. Diœcesis Seminarium ad meliorem disciplinam revocavit, uberiorique doctrina egregiis accitis doctoribus curavit erudiendum. Hujus quoque Præsulis opera

R r po-

posita fuere Tribunæ in novo Principe Templo Adriensi fundamenta, ubi primum solemni ritu Lapidem locavit anno 1776., die 27. Octobris, cujus rei fidem facit procusum Numisma, habens Templi faciem literis inscriptam:

Templum Cathed. SS. Apostol. Petri & Pauli
Pluries reparatum a Fundamentis
Restituitur.

Infra vero hæc leguntur

Adriæ A. CIↃ.D. CC. LXXVI.

Ex adverso hæc Epigraphe habetur:

Arnaldi Speroni de Alvarotis Episcopi Adrien.
Studio
Ordo Canonicorum & Cives
Rite P. C.

Anno 1778 Rhodigii die 28. Augusti idem Antistes restituit ad pristinum statum veræ Parœciæ, in quo ante annum 1500. fuerat, Ecclesiam Sancti Leonardi Villæ Ducis. Anno autem sequenti, nimirum 1779. die 30. Mensis Novembris, Indictione XII. novas Rhodigii Seminarii ædes construere cœpit, primumque benedixit ac posuit Lapidem Sacrarii Ecclesiæ Seminarii ejusdem Sancto Augustino dicatæ die Martis, recurrente Festivitate Sancti Andreæ Apostoli, cum interventu Capituli Canonicorum Collegiatæ S. Stephani, ac Cleri Civitatis, & Assistentibus Galeatio Antelmi Prætore, ac Præfecto, Provisoreque Generali totius Policinii, & Regulatoribus ejusdem Urbis, nec non Georgio Donato, & Aloysio Bernardo Patritiis Venetis, Josepho Marchione de Manfredinis, &

Joan-

Joanne Comite de Angelis, atque Hieronymo Giro, & Andrea Cecchetti Medicinæ Doctore, ac demum maxima Populi frequentia. Prædicto autem Lapidi hæc fuerunt insculpta.

Arnaldus Speronius de Alvarotis

Pontif. Adrien.

Primum novi Seminarii

Lapidem Pos.

Mens. Novemb.

Duo porro percussa fuere Numismata, & in ipsis fundamentis locata, in quorum primo in antica facie visitur ipsiusmet Episcopi effigies sequentibus adjectis:

Elegi Locum Istum ut permaneat

Cor meum ibi cunctis diebus

Paralip. II. VIII. A. S. CIƆIƆCCLXXIX.

In aversa parte

Arnaldo Speronio de Alvarotis

Adrien. Pontifici

Auspici & sospiti suo

Ad has S. C. inauguratas Aedes

Primum ponenti Lapidem

Sacri earumdem Sodales & Alumni

Grati animi ergo

P. P.

In altero vero Numismate cernitur novi Seminarii prospectus cum Epigraphe:

Doctrinæ & bonis Moribus

Rhodigii

Ann. Chr. CIↃIↃCCLXXIX.

Et in opposita facie mediaque in area Numismatis

Arnaldo Speronio de Alvarotis

Antist. Adrien.

Præl. Dom. & Pon. Sol. Ass.

Quod

Juventuti instituendæ

Ampliores & Salubriores

Ædes feliciter Inchoaverit

Seminarii Alumni

Patrono Munificentissimo

Atque optime merito

D. D.

Anno porro 1781. die 31. Decembris Canonicos Cathedralis Adriæ & prælaudatæ insignis Collegiatæ Rhodigii die 13. Januarii 1782. usu Cappæ Magnæ cum Rocchetto, nec non Cruce aurea Stellata ex Senatus Consulto insignivit. Præterea anno 1783. die 15. Septembris Ecclesiæ sub titulo Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, etiam nuncupatæ Sanctæ Mariæ vulgo *della Rotta* in agro Mensulæ, primum lapidem benedixit, & solemni ritu locavit sub auspiciis Mariæ Theresiæ Romanorum Imperatricis, atque Hungariæ Reginæ; cujus ædificationis ut ad posteros propagaretur memoria, præclara Numismata ex argento & ære eadem Imperatrix cudenda mandavit. Deinde elapsis aliquot annis nimirum 1787. die 12. Au-

Augusti cum sub Sanctæ Sedis Ditionem Regnante Sanctissimo Pio VI. Summo Pontifice prædicta Ecclesia fuisset reversa, Episcopus annuente eodem Summo Pontifice, eam ab Archipresbyterali Adriani sejunxit in omnibus, & ad Parochialis Ecclesiæ decus evexit; decrevitque futuram perpetuis temporibus de Jurepatronatus Reverend. Cameræ Apostolicæ, reservata præsentatione Parochi ejusdem Ecclesiæ Generali Thesaurario pro tempore existenti Cameræ prædictæ, ut habetur in sequenti Decreto, quod hic referre operæ pretium ducimus.

„ Arnaldus Speroni de Alvarotis Benedictino-Casinensis Dei &
„ Sanctæ Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Adriensis Prælatus
„ Domesticus, ac Pontificio Solio Assistens.

„ Ea quæ Animarum pericula submovent & populo Nobis in
„ spiritualibus credito auxilia præbent sedulo amplectentes, & sup-
„ plicationibus populi Mensulæ nuper a R. Camera Apostolica ac-
„ quisitæ sub parochiali Adriani Diœcesis Nostræ in Ditione Ferra-
„ riensi existentis adhærentes, quibus humiliter petiit: ut cum adeo
„ numerosus evadat, nec ob distantiam parochialis ejusdem, flumi-
„ nis Padi intersecationem, nec non longam, asperam, cænosam-
„ que viam, præsertim hyemali tempore possit, præcipue senes,
„ pueri, ac debiles, absque maxima difficultate, & periculo Ec-
„ clesiam Parochialem Archipresbyteralem Adriani jam dictam pro
„ divinis Officiis audiendis, & percipiendis Sacramentis adire, ac-
„ cedente etiam desiderio SSmi D. N. D. Pii PP. VI. feliciter
„ Regnantis, cui ante alia, ut par est, toto animo intendimus, &
„ studemus assecundare, ad dismembrationem, seu erectionem res-

„ pe-

„ pective novæ parochiæ canonice procedere Statueremus, facta su-
„ per expositis inquisitione diligenti, ac desuper constructo proces-
„ su, interpellatoque adm. R. D. Dominico Angelini moderno Pa-
„ rocho Archipresbytero Adriani, & Vicario Nostro Foraneo, illis-
„ que plene per testium depositiones, aliasque legitimas probationes
„ verificatis, dictum locum Mensulæ infra sequentes fines, vide-
„ licet, ab Oriente, & Septemtrione ad Sinistram Padus Gauri;
„ ad Meridiem Mare Adriaticum; & ad Occidentem jura Præposi-
„ turæ Pomposianæ; adiectis etiam novæ Parochiæ infrascriptis lo-
„ cis, quæ subsunt prædictæ Archipresbyterali Adriani, ipsomet
„ assentiente Archipresbytero, sitaque sunt ad sinistram Padi, inter
„ ipsum Padum, & viam Romieram a capite ipsius viæ usque ad
„ mare, & ad dexteram ipsius fluminis, inter ipsum, & Mensulæ
„ jura ab eodem superiore termino, usque ad Mare, comprehenso
„ quoque terræ tractu aquis Padi circumdato, vulgo *il Bonello*;
„ nec non Ecclesiam sub titulo Nativitatis B. M. V. etiam nuncu-
„ patam Sancta Maria vulgo *della Rotta* ibidem ædificatam & su-
„ pellictilibus sacris decenter, imo copiose provisam una cum eo-
„ rum hominibus, incolis & familiis, a parochiali Archipresbytera-
„ li Adriani, auctoritate Nostra Ordinaria, & a S. Tridentino
„ Concilio cap. 4. Sess. 21. de Reformatione delegata separamus,
„ dividimus, dismembramus, & dictam Ecclesiam Nativitatis B.
„ M. V. etiam nuncupatam S. Maria vulgo *della Rotta* Mensulæ
„ cum supra designatis locis, intra fines expressos, accedente quo-
„ que consensu Capituli Nostræ Cathedralis Adriæ in Parochialem
„ Ecclesiam Erigimus, Constituimus, & Confirmamus, dantes &

„ con-

„ concedentes incolis, & habitatoribus dicti loci & districtus ple„ nam, & liberam potestatem in præfata Ecclesia ad Parochiali„ tatis gradum sublevata, & sic canonice erecta Cæmeterium, fon„ tem Baptismalem & alia parochialitatis insignia, jussu, & mu„ nificentia SSmi Dñi Nostri constructa, conservandi, & retinendi.
„ Pro Dotatione autem dictæ novæ parochialis, sive pro sustenta„ tione & congrua Parochi pro tempore, vigore Chirographi lau„ datæ Sanctitatis D. N. Pii P.P. VI. die 3. Martii proxime ela„ psi ab Excellentissimo ac Rmo D. D. Fabritio Ruffo Thesaura„ rio Generali Apostolico, pro ut patet ex Instrumento rogato
„ Romæ a Rmo D. Thoma Salli ipsiusmet R. Cameræ Apostolicæ
„ Secretario, & Cancellario sub die 16. ejusdem mensis, annuus
„ redditus Scutorum Romanorum centum viginti, & pariter annuus
„ redditus scutorum quinquaginta similium in emolumentum pro
„ unoquoque duorum Capellanorum curatorum amovibilium ad nu„ tum, & in auxilium parochi destinandorum, assignatus est. In„ hibentes ipsi Parocho ne ullo unquam tempore exigere & perci„ pere possit in dicta parochiali a suis parochianis quocumque titu„ lo vel prætextu primitias prædiales seu Sacramentales, & Deci„ mas, salvis tantum proventibus incertis, quæ ab exercitio ejus
„ ministerii procedunt juxta consuetudinem usque in præsens ab
„ adm. Rev. Archipresbytero Adriani perceptis: cum reservatione
„ eidem Sanctitati Jurispatronatus ex fundatione & donatione hu„ jusmodi parochialis. Quod juspatronatus Sanctitas sua Excellen„ tissimo ac Rmo D. D. Fabritio Ruffo Thesaurario Generali A„ postolico antedicto, & ejus Successoribus in eodem Officio, pro

„ ut

„ ut ex nominato inſtrumento patet, in perpetuum contulit cum
„ privilegio nominandi & præſentandi. Quæ præſentatio juxta alte-
„ rum Chirographum ipſius Sanctitatis Suæ die 22. Julii proxime
„ elapſi manu propria firmatum fieri debebit ſequenti modo, videli-
„ cet: poſt primum Parochum jam nominatum quotieſcumque ca-
„ ſus vacationis parochialis Menſulæ advenerit, Nos, Noſtrique
„ Succeſſores, juxta formulas conſuetas, præmiſſis Edictis vocabi-
„ mus ad concurſum Presbyteros accedere volentes, iiſque exami-
„ natis & approbatis, cujuſcumque nomen additis atteſtationibus
„ reſpectivæ probitatis, integritatis, & doctrinæ ad antelatum
„ Illmum ac Rmum D. Theſaurarium pro tempore tranſmittemus,
„ & ipſe ex iis quem magis idoneum cenſuerit Nobis præſentabit,
„ ut a Nobiſmetipſis, vel a Succeſſoribus Noſtris canonicam inſti-
„ tutionem obtineat. Inſuper cum jure eligendi duos Capellanos
„ Curatos admovibiles pro ſervitio parochialis cum emolumento ut
„ ſupra deſignato, quorum electio hoc pacto procedet. Nos, No-
„ ſtrique Succeſſores per litteras, toties quoties eorum electione o-
„ pus erit, indicabimus ipſi Illmo ac Rmo D. Theſaurario pro
„ tempore, quos digniores, & eidem muneri aptiores fore putabi-
„ mus, ex quibus eliget ipſe, quem ſeu quos volet. Si autem con-
„ tigerit juſtis rationibus, ipſos Capellanos Curatos, vel alterum
„ eorum ab Officio eſſe ſuſpendendos, id fiet Noſtra auctoritate &
„ judicio, qua de re certiorem ſtatim faciemus ipſum Illmum, ac
„ Rmum D. Theſaurarium. Cum vero acciderit eoſdem juſta item,
„ & graviori cauſa ab eorum Officio penitus removendos eſſe, tunc
„ monebimus præfatum D. Theſaurarium, ut ille faciat quod ſibi

„ ex-

„ expediens esse videbitur. Idem quoque D. Thesaurarius quovis „ tempore, justa habita ratione, jam dictos Capellanos ab Officio, „ ut supra, removere poterit, statim Nos, Nostrosque Successores „ hac de re commonendo, ut quo antea modo Nos alios, ad id „ muneris idoneos, ob eorum electionem ipsi proponere valeamus. „ Nobis tandem quotannis electionem Concionatoris in quadragesi„ma Reservamus habita intelligentia cum Illmo & Rmo D. The„saurario Generali pro tempore. Quæ omnia jura utpote ipsi Pa„trono ex donatione, & fundatione competentia auctoritate No„stra Ordinaria libentissime amplectimur, approbamus, & rata es„se Volumus. Præterea ut dictæ Ecclesiæ parochiali Archipresby„terali Matrici Adriani debitus honor servetur & exhibeatur, De„cernimus, quod singulis annis in festo S. Mariæ ad Nives novus „ Parochus Mensulæ, ejusque Successores in perpetuum, cereum u„num ceræ albæ laboratæ librarum duarum in signum recognitionis „ offerat, singulisque annis ab eadem Ecclesia Matrice olea sacra recipiat.

„ Ita auctoritate Nostra, qua supra, Dismembramus, Erigimus, „ Concedimus, & Præservamus. In quorum &c.

„ Actum dat. Rhodigii in Palatio Nostro die 12. Augusti anno „ ab Incarnatione Dominica Millesimo septingentesimo octuagesimo „ septimo, Indictione V. Pontificatus autem SSmi D. N. Dñi Pii „ Div. Providentia PP. VI. anno Decimotertio, & Episcopatus „ Nostri anno vigesimo primo.

ARNALDUS EPISCOPUS ADRIEN.

Stephanus Foschetti Proth. Apost. Cancell. Episcopalis Mand.

S s „ Die

„ Die 16. Augusti 1787. Rhodigii in Palatio eodem Publicatum
„ coram Dominatione Sua Illma ac Rma præsentibus testibus vocatis
„ & adhibitis R.R. D.D. Joanne Hieronymo Doct. Antonioli, & Lau-
„ rentio Caraggio famil. Dominationis suæ Illmæ ac Rmæ, multis-
„ que aliis audientibus.

Multas insuper Diœceseos Ecclesias consecravit, nimirum anno 1769. die 22. Octobris Ecclesiam Sancti Dominici Guardæ Venetæ; anno 1773. die 17. Octobris Parochialem Grignani in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & S. Benedicti Abbatis Monachorum Occidentalium Parentis; anno 1775. die 29. Septembris Ecclesiam Parochialem Castri Gullielmi in honorem S. Nicolai Episcopi Myrensis; anno 1776. die 15. Septembris Ecclesiam Parochialem Sanctæ Justinæ de Rhodigio; anno 1779. die 21. Octobris Sancti Jacobi Majoris de Ramo de Palo; 1783. die 28. Septembris S. Jacobi Majoris de Rhodis in Ducatu Ferrariensi; 1784. die 22. Junii Ecclesiam Parochialem Sanctæ Mariæ de Tumba in Civitate Adriæ, & Rhodigii anno antedicto die 21. Novembris Ecclesiam novi Seminarii Sancti Augustini Episcopi Hipponesis & Ecclesiæ Doctoris; 1787. die 9. Septembris in Sacra Visitatione Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Gavello.

Anno demum 1788. die 4. Maii Indictione VI. consecravit Altare translatum a veteri Capella sui Palatii Rhodigii in aliam a fundamentis ab ipso excitatam, atque in eo Sacras Reliquias ex Ossibus Sancti Blasii Episcopi & Martyris, S. Justinæ V. & M., Sanctorum Viti, Modesti, & Damiani Martyrum, una cum Reliquiis Sanctorum Nicolai, Geminiani Episcoporum, & Martyrum

Chri-

Christophori ac Petri M. Ordinis Prædicatorum in everso Altari inventis, inclusit; ac Deo Optimo Maximo Capellam prælaudatam, & Altare in honorem Sancti Nicolai Myrensis Episcopi dicavit, singulisque Christi-Fidelibus Capellam ipsam in Festo ejusdem Sancti Nicolai visitantibus, quod Festum uti Anniversarium Consecrationis hujusmodi assignavit, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta in perpetuum concessit, sicut in Consecrationis die unum annum indulsit; assistentibus Adm. R. R. D. D. Laurentio Novi, & Camillo Comite Silvestri Canonicis hujus insignis Collegiatæ Sancti Stephani PP. M.

FINIS.



INDEX
RERUM ET NOMINUM
QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

A

nem

B

De

C

De

Con-

De-

Ec-

E

Ec-

F

ste-

H

Hen-

I

Joan-

M

Mar-

O

Or-

Pe-

Epi-

Sa-

S

anno

T

Vai-

V

Vi-

F I N I S.

ERRATA — CORRIGE

ERRATA	CORRIGE
pag. 6. lin. 10. interfluunt	interfluit
pag. ead. lin. 25. utramque Padum	utrumque Padum
pag. 35. lin. 22. Debat	debet
pag. 44. lin. 10. condito Teſtamento	condidit Teſtamentum
pag. 125. lin. 12. Bonajuncta Adrienſis	Bonajuncta Adrienſem
pag. 145. lin. 18. Domini. Fratri	Domini Fratris
pag. ead. lin. 19. Dominis	Domini
pag. 148. lin. 22. Epiſcopus	Epiſcopos
pag. 164. lin. 24. alias	alia
pag. 240. lin. 13. anno 1569.	anno 1566.
pag. ead. lin. 15. 1565.	1569.
pag. 309. lin. penult. hanc	hac
pag. 313 lin. 4 Cumque poſt	ibi cum poſt
pag. 318. lin. 18. Supellictilibus	Supellectilibus
pag. 326. col. I. lin. 8. Vaſſallus	Vaſſallum
pag. ead. col. II. lin. 12. Rangi	Rangonii
pag. 330. col. I. laudatas lin. 20.	laudatus
pag. 338. col. II. habitantibus	Vallibus
pag. ead. col. ead. lin. 8. Monialis	Moniales
pag. ead. col. II. lin. 10. Epiſcopatus	Epiſcopatum
pag. 342. col. II. lin. 1. ſecutis	ſeclusis

Disegno della Diocesi d'Adria,
estesa in vari Territori, con le necessarie
aggiunte per formare l'intiero Polesine di Rovigo,
delineato da me Niccolò Dorigo Pubblico Perito, ed umili
ato all' ILL.MO E R.MO MONS.R ARNALDO SPERONI DEGLI
ALVAROTTI, VESCOVO D'ADRIA, ad uso della Storia de
Vescovi della Città medesima opera di esso Prelato.

In Rovigo l'anno 1738.

Indicazione dei Segni

Strade
Argini
Scoli
Confini dei Stati
+ La Diocesi d'Adria
La Diocesi di Padova
La Diocesi di Chioggia
La Diocesi di Ravenna
La Diocesi di Ferrara
L'Abbazia Pomposiana



DIOCESI di PADOVA

DIOCESI D'ADRIA

DIOCESI DI CHIOGGIA

DIOCESI di FERRARA

ABBAZ. POMPOSIANA

MARE ADRIATICO ovvero GOLFO DI VENEZIA

Castelbaldo, Badia, Lendinara, Rovigo, Adria, Loreo, Cavargine, Mesola, Ariano, Codigoro, Pomposa, Ferrara

Po Fiume, Adige, Po di Volana F., Canal Bianco, Valli di Cavargine, Valli di Loreo, Valli Salse, Valli di Belbosco, Valli di Sarravalle sotto Ariano, Alluvioni del Po novo, Selva Ferrarese, Presa di Fontecchio, Presa della Frassinella

Bocca di Fossone, Bocca della Maestra, Bocca delle Tole, Bocca della Gnocca, Porto di Goro, Bocca Vecchia di Goro, Porto di Volana



